

*ear. trist. 1. cap. 1. qn. 47. num. 1.* & refert etiam Pellegrin. in *Prax. Vicarior. par. 1. in princip. num. 2.* ubi tamen refert *quinq[ue] quoad hoc dispensationes*, quarum *Prima*, si non reclametur per *Dicecelianos*, quando scilicet Episcopus adhuc extra-num idoneum invenire nequit, ut pluries *ead. Congregat. & signanter in Narrien. 1647. 18. Febr. Secunda*, quando Vicarius externus non possit tam citò accedere, prout declaravit *ead. Congregat. in Melphient. 1645. 6. Oct. Tertia*, propter tentari-*tem fructuum Ecclesiz*, ut *ead. Congregat. in Flandren. 1645. 29. Sept. Quarta*, propter aeris in-*temperie*, prout resolvit *ead. Congregat. in d. Funden. eod. Mense*, & *Anno Quinto*, propter notitiam bonarum qualitatium talis Vicarii *Diceceliani*, qui sit extimus in regime, ut *ead. Congregat. in sua Civitatis Pise. 1649. 4. Mar.* & refert etiam Nicol. in *Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. iis. 18. de offic. Vicar. Gener. num. 4. ac Paiceuc. par. 2. tit. de Vicario*, pag. mibi 423. & 424. ubi quod hæc *Decreta*, & *Declarationes* instar legis co-*muni*s allegari possunt, ad text. in *S. Responsa Pruden- tum Iusti. de Jur. natur. ut in hac specie repondit Rota in Meten. Abbatis. 1628. 19. Jun. coram Duno- zetto.* ¶ *Cavendum tamen*, ne Vicario extero illud Virgilianum objici queat, *Elog. 3. Bu-*  
*col.*

*Hic alienus Oves cuflos bis mulget in hora,*  
*Et succens Pecoris, & lac subducitur Agnis.*

*1640. 16. Nov.* — Non potest Episcopus in Vi-  
carium eligere Parochum, etiamsi habeat Paro-  
chiam in eadem Civitate: multò magis, si extra  
Civitatem: & multò fortius, si extra Dioce-  
sum: quia tenetur residere in Parochia: & ge-  
neraliter loquendo, incompatibilis sunt officia  
in eadem Persona, esse Parochum, & Vi-  
carium; nam ut quis bene exerceat alterum ex di-  
ctis officiis, alteri necessariò desice cogitur;  
*Congregat. Episcoporum. in d. Sutren.* neque potest Vi-  
caria-

*cariatum retinere sub praetextu, quod habeat Co-  
dijtorem in Parochia, ead. Congregat. in Albi-  
zzen. 1621. 5. Jun. Fallit tamen conclusio in  
Archidiacono, qui licet habeat Curam Anima-  
rum, nihilominus cum sit Vicarius natus, po-  
test exercere Vicariam Episcopi, ipso, ejusque  
Officialibus absentibus, abique alla commissio-  
ne, Text. cum Gloss. in cap. ad hoc, §. Secun-  
dum, & §. item Epistola, de offic. Archid. ut re-  
fert Pellegrin. in *Prax. Vicarior. par. 1. in princip.*  
*num. 9.* & habet etiam Nicol. in *Lucubr. tom. 2. lib. 1. tit. 18. de offic. Vicar. Gener. n. 4.* ¶ *Vide*  
*tamen supra l. 1619. 19. Jul.**

*1641. 18. Jan.* — Littera directa Vicario Capitu-  
lari, exequi possunt à novo Episcopo. *Congregat.*  
*Episcoporum. in Baren. apud Nicol. in Flocul. verb.*  
*Executio. num. 5. ubi quod litteræ Apostolicæ*  
*Vicario Generali commissa, non possunt ab E-  
piscopo executioni demandari, licet Vicarium.*  
*nullum habeat, ex Congregat. Concil. in Aquilana*  
*1643. 13. Nov.*

*1641. 16. Mar.* — Nullus Vicarius licet Apo-  
stolicus potest Sede vacante concedere Dimissorias  
intra annum non arctatis occasione Beneficii re-  
cepti, vel recipiendi. *Congregat. Concil. in Smyr-  
non.* nec dare licentiam alicui Episcopo ordinan-  
ti Subditos Ecclesie vacantis non arctatos, li-  
cket Episcopus ordinans effet Suffraganeus, seu  
Coadjutor Episcopi defuncti, non tamen cum  
futura succellente, quia sic non vacaret Eccle-  
sia, ead. *Congregat. 1607. 21. Aug. apud Nicol.*  
*in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. tit. 28. de Vicar. Ca-  
pit. 2. 21.*

*1641. 11. Maii.* — Semper, & ubique debetur  
precedentia Vicario Generali supra Dignitates  
& Canonicos, tam praesente, quam absente  
Episcopo, dummodo Vicarius incedat cum suo ha-  
bitu Vicariali, nempe cum Subrana, & Mantel-  
lo, & dummodo Dignitates, & Canonici non  
sint

## CONST. ac DECIS.

- 158 sine Sacris Vestibus induit. Congregat. Rit. in Reatinia, apud Palucc. in Compend. ad Consultar. Canonici. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Precedentia, pag. mibi 240.
1641. 21. Jun. — Vicarii amovibiles Religiosi Ordinum Militiarum, Curam Animatum exercentes iisdem Ordinibus annexam, faciunt tutu conscientia fructus suos, quando dimisso Substituto ab eorum Magno Magistro, de ejus licentia, & mandato alibi interviuunt Ordini. Rota in Hispania, Juris amovendi Curatos coram Peutingerio, apud eund. par. 1. tit. de Equitibus, pag. mibi 279.
1641. 13. Sept. — Licet Episcopis, vel ejus Vicariis possit ex juxta causa prohibere Canonicis, ne convocent Capitulum ( prout diximus supra 1602. 4. Jun.) si tamen justa causa non adsit, prohibere non potest. Congregat. Episcoporum Amelior. Et antea in Nardien, 1601. 20. Aug. apud eund. d. par. 1. tit. de Capitulo, & Canonicis, pag. mibi 118.
1641. 27. Sept. — Non potest Episcopus tenere Vicarium Generalem eo tempore, quo adit Vicarius Apostolicus, nec aliquo modo le introducere valet in negotiis jurisdictione tangentibus: immo neque potest exequi litteras Apostolicas sibi directas sub nomine Dignitatis. Congregat. Episcop. in Nolana, apud Pellegrin. in Prax. Vicario, par. 1. sec. 6. n. 16. & refert etiam Nicol. in Lucubr. tom. 2. lib. 1. tit. 28.
1641. 23. Dec. — Quando agitur de Bonis, Juribus, seu exigendis redditibus Basilicarum S. Joannis de Laterano, S. Petri, & S. Mariae Majoris de Urbe, sive Præbendarum, Capellaniarum, Beneficiarum, Administrationum, Officiorum, seu onerum in predictis Basilicis existentium, tunc activè agendum erit coram Cardinalibus Archipresbyteris, sive corum Vicariis, vel Judicibus per collationem Cardinales deputatis vel depurandis: quando autem agitur de aliis Bonis, rebus, vel Juribus quibuscumque, tunc si Canonici, Beneficiati, Clerici, Capellani, alii que ipsi Basiliæ infervientur erunt Rei, pariter conveniri debeat coram eisdem Cardinalibus Archipresbyteris, fere eorum Vicariis, vel Judicibus prædictis, etiamque convenienter vigore obligacionis Cameralis. Urbanus VIII. apud Cherubim Bullar. tom. 4. Consist. 160. que incipit Quamvis, §. 2.
1642. 12. Apr. — Dispensations Matrimoniales diriguntur Praelato Nullius, vel ejus Vicario. Congreg. Concil. in Paet. apud Nicol. in Floreal. verb. Nullius, n. 2.
1642. 3. Maii. — Commendatarius Monasterii jam Regularis, cui annexa est Cura Animarum, non tenetur ad residentiam personalem, sed attempo statu Regulari, satisfacere potest per Vicarium Præsbyterum seculariem à le deputatum, & ab Ordinario approbatum. Congregat. Concil. in Amalphitanæ de Spaccalossi, & antea in Nucerina Prioratus 1638. 7. Maii, ac alibi (epissimè, apud Palucc. in Compend. ad Consultar. Canonici. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Residentia, pag. mibi 350).
1642. 26. Maii. — Electio Vicarii Capitularis, à cuius concurso Aliquis reicitur, non solùm est invalida, sed attentata, si à declaratione electorum super inhabilitate fuerit appellatio interposita, cum non posse, discussione pendente, fieri electio, cap. si postquam de elect. in 6. & revolut. Rota in Melevitana Marcellatus coram Dunozetto, apud eund. ibid. tit. de Vicario, pag. mibi 414.
1642. 21. Jun. — Vicarii amovibiles deputati ad nutum Capituli pro exercito Curæ, pravia approbatione Episcopi possunt quidem à Capitulo amoveri ad ejus nutum, non autem ab Ordinario, nisi ex causa legitima, & probata, propter

ter quam etiam si efflent perpetui, removeri possunt. *Rota coram Coccino*, apud Nicol. in *Laubrationsib.* tom. 2. lib. 3. tit. 30. numer. 10. ex Fagnan. in cap. ad *Monasterium*, de Stat. Monach. num. 39.

1642. 13. Iul. — Reſ confugientes ad Eccleſiam 353

ob criminis excepta, poſſunt cum armata manu, etiam cum fractura oſti Conventus Regularenum, iuſſu, & cum aſſiſtentiā Vicarii Episcopalis, ab eodem Conventu extrahi, ſi idem Regularextraſtione ſe opponeant. *Congregat.* *Immanit.* in *Tropion.* apud *Paleucc.* par. 1. tit. de *Immunitate Eccleſiaſtica*, pag. mihi 370.

1642. 2. Oct. — Proceſſu, & Scripturę Cauſa- 354

rū, tam Civilium, quam Criminalium, exceptis ſpectantibus ad Sanctum Officium, relinqui debent in manu Vicarii. *Congregat.* *Episcopos in Campaniē*, apud Nicol. in *Floſcul.* verb. *Scriptura*, num. 9.

1643. 18. Iul. — In Vicarium Capitularem eligi- 355

poſtēt etiam Aliquis extra Capitulum: & ſi quis de gremio Capituli reperiat habiliſ, iſte, co- teris paribus, eſt præterendus, etiam si aliis extra Capitulum eſſet magis habiliſ. *Congregat.* *Concil.* in *Neritonē*, ad cap. 16. ſeff. 24. de refor- matis. apud *Paleucc.* par. 2. tit. de Vicario, pag. mihi 413.

1643. 14. Aug. — Episcopus, vel Vicarius Gene- 356

ralis tenetur dare litteras Approbationis iis, qui fuerint ab Examinatebus approbatū ad Ordines, Confessiones, & ad Curam Animarum, quamvis certus in conſciencia credat, hujusmodi approbatos eſſe minus idoneos; non enim potest reprobare approbatos, ſed ex illis elige- re, quem maluerit, ad præcriptum Concilii. *Congregat.* *Concil.* in *Januen.* apud eund. par. 1. tit. de Examine, pag. mihi 293.

1643. 14. Aug. — Vicarius Generalis, qui inter- 357

venit Examini, potest, præter Examinateores, interrogare Examinateos, etiam Anteceſſores forte

forte id non fecerint. *Congr.* *Conc.* in *Januen.* apud eund. ibid. & refert etiam *Leuren.* de Vicar. trati. 1. cap. 3. ſ. 9. queſt. 169.

1643. 14. Nov. — Littera Apoſtolica Vicario 358

comiſſio non poſſunt ab Epifcopo executioni demandari, licet Vicarium nullum habeat. *Congr.* *Concil.* in *Aquilana* ad cap. 5. ſeff. 22. de refor- matis, apud *Paleucc.* in *Compend.* ad *Confutat.* *Canonic.* *Jac.* *Pignarel.* par. 1. tit. de Epifcopis, pag. mihi 251, ubi addit, quod hoc eſt contra *Sbrozum de Offic.* Vicar. queſt. 136. nam &c. lib. 2. & refert etiam Nicol. in *Laubrationsib.* tom. 2. lib. 1. tit. 28. de Vicar. Epifcop. numer. 10. ubi præcedentem eam Decisionem editam anno 1611. 17. Jul. in qua fuit dictum quod Epifcopi nequam exequi poſſunt commiſſiones gratiam, vel iuſti- tiam concerentes Vicarii demandatas, tum quia Delegatus in ſua Cauſa eſt major Ordina- riuſ, tum quia Tribunal Vicarii in Cauſa dele- gata diuerſum eſt à Tribunali Epifcopi.

1644. 26. Jun. — Concurrit non eſt neceſſariuſ in 359

Vicariis Meniū Epifcopali, vel aliiſ Dignitati perpeſtū unitis, *Garz.* de *Benefic.* par. 9. cap. 2. num. 193. *Gonzal.* ſuper reg. 8. glōſſ. 5. ſ. 7. num. 2. *Gratian.* diſcept. 273. num. 48. *Lotter.* de re bene- fice. lib. 2. queſt. 31. n. 21. *Barbol.* de poſteſ. *Epif.* allog. 60. num. 15. & 26. apud *Rota* in *Alerio.* Vicaria coram *Bichio*, tom. 2. det. 620. num. 7.

1644. 15. Oct. — In Vicarium Capitularem eli- 360

gi non poſtēt non Doctor, rejectis aliis in utro- que jure Doctoribus; quoties enim omittitur Graduatus, cum haberi poſſit, & eligitur carens tali titulo, elecțio eſt irrita, utpote facta con- tra formam à Tridentino preſcriptam. *Congr.* *Concil.* in *Craten.* ad cap. 16. ſeff. 24. de refor- matis. apud *Paleucc.* in *Compend.* ad *Confutat.* *Canonic.* *Jacob.* *Pignarel.* par. 2. tit. de Vicario, pag. mihi 412.

1645. 17. Mar. — Ad Vicarii Capitularis elec- 361

to

## CONST. ac DECIS.

113. Nem idoneus censetur quilibet Doctor, & maxime si in hujusmodi officium alias fuerit electus, quo in calu non est iteranda inquisitio, ut ex cap. acceptimus de ista. Et qualis Peyer de subdit. tom. 1. qu. 1. cap. 31. numer. 10. Castill. de elect. cap. 13. num. 21. firmavit Rosa in Melvetiana Commenda coram Bichio, & ante in Pamphilon. Beneficii 1620. 6. Dec. coram Remboldo, apud cund. ibid. pag. mibi 414.
1645. 7. Mai. — Vicarii Generales Sede plena, & Vicarii Capitulares Sede Episcopali vacante, possunt Claustram Monialum Regularibus subiectarum visitare. Congr. Concil. apud Nicol. in Lucubrationib. tom. 2. lib. 2. tit. 39. num. 4. vers. X. amplia, & in Floculo verb. Visitatio Ordinaria, vers. Et die.
1645. 9. Jun. — Vicarius Generalis potest Testimoniales indistincte concedere, nisi ei constet de impedimento canonico. Congr. Episcopor. apud eund. in ad. Lucubrationib. d. tom. 2. lib. 1. tit. 2. 8. de Vicar. Episc. num. 10.
1645. 28. Jun. — Vicarius, qui simul est Canonicus, si consert cum Capitulo, licet in collatione exprimat nomen Vicarii, nihilominus collationem scilicet dicitur tanquam unum de Corpore Capituli, & nominatio Vicarii solidum ob prehensionem adjecta censetur, juxta theorican traditam à Dec. in cap. Pistorial, sub numer. 28. vers. quod namen limitatur, de rescript. post Bart. in l. si. servos communis 67. sub num. 4. vers. nam ille uans, si. stipulat. servor. apud Rotam in Montis Altii Beneficii coram Bichio, tom. 1. decis. 234. num. 23.
1645. 28. Jun. — Collatio, si fit à Vicario, qui est etiam Canonicus, insimul cum Capitulo; ut principitaliter facta dicatur, non ut Canonicus, sed ut Vicario, nomen Vicarii ante Capitulum exprimi debet. Rosa in d. Montis Altii coram eodem, ibid. num. 25.

1645.

- PRO VICARIIS. 113
1645. 28. Jun. — Collatio considerata tanquam actus Capituli capitulariter congregati non convenit Vicario, cum de Jure non sit de Capitulo, Glos. in Clem. ut ii, qui, verb. in eisdem vers. unde potest dici, de stat. Et qualis. Et ibid. Cardin. in §. illi vers., num. 10. Gemin. in cap. fin. num. 5. vers. fons autem est in Prelato, de Preben. in 6. Abb. in precom. Decretal. 2. par. num. 1. neque debeat intervenire in collatione, quae sit à Capitulo, Put. decis. 16. ibi: intervenire non debent, lib. 2. in corr. apud Rotam in d. Montis Altii coram eodem, ibid. num. 26. Et 27.
1645. 28. Jun. — Vicarius, quando simul est Canonicus, & uti Canonicus consert cum Capitulo, considerati debet, non ut Canonicus, sed tanquam unus de Capitulo, cap. à collatione, in fin. ubi Gemin. num. 4. in fin. Franc. num. 4. de appellat. in 6. Compositil. in cap. cum Ecclesia Veterana, sub numer. 3. vers. ratio diversificatis, de elect. Imol. in cap. pestulati, sub num. 9. col. 3. circa fin. de conceit. Preben. apud Rotam in d. Montis Altii coram eodem, ibid. num. 29.
1645. 8. Aug. — Solus Episcopus, five ejus Vicarius Generalis concedit licentiam exhumandi Cadavera Laicorum pro recognitione facienda, etiam si fuerint sepulta in Ecclesiis Regularium. Congr. Immunit. apud Monacel. in Formular. Leg. pecc. par. 1. tit. 6. form. 7. num. 2.
1645. 26. Aug. — Si Vicarius Generalis incedit in habitu Vicariali, præcedere debet omnes Dignitates, & Canonicos quantumvis Prothonotarios: si vero assistat uti Canonicus, debet fere in loco suæ receptionis. Congr. Rit. in una Civitatis Plebis, apud Palucc, in Compedit. ad Confusat. Canonic. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Precedentia, pag. mibi 240. Et referat etiam Leuren. de Vicar strab. 1. cap. 2. quæst. 51. num. 2.
1645. 16. Dec. — Moniales ad Habitum, & Professionem in Monasteriis Regularibus subiectas

366

367

368

369

370

H non

## CONST. ac DECIS.

114 non possunt admitti , tanquam si Episcopus , & eo abiente vel impedito , illius Vicarius , vel alius ab eo deputatus , earum voluntatem , & conditiones exploraverit . Congr. Concil. in Leóto-  
ren. ad cap. 17. sess. 25. de reform. apud d. Paicucc.  
d. par. 2. tit. de Monialibus , pag. mibi 71.

1646. 13. Jul. — Removeri potest Vicarius Ca-  
pitularis , si non refidat , si si debitor Capi-  
tuli , si acciperet pecunias pro Dimissoriis , si  
partiatur exceptiones , vel odio habeatur à Popu-  
lo , & id genus alia . Congr. Episcop. in Nullius  
Altamira , & ante a Triventia 1622. 7. Ian. in  
Triven. 1604. 17. Maii , ac in Neapolitana ibid. 1604.  
26. Ian. apud eundem ibid. tit. de Vicario , pag. mibi 412.

1646. 17. Aug. — Antequam procedatur ad poe-  
nam interdicti , vel suspensionis contra Episcopos ,  
Archiepiscopos , & Patriarchas morolos in  
solutione Pensionum Auctoritate Apostolica re-  
servatarum , attento cap. quia periculum , de sent.  
excom. in 6. postquam legitime confiterit etiam  
extrajudicitaliter , quod executio realis fieri , vel  
consumari non possit dolo Episcopi debitoris ,  
vel ob occultationem fructuum , vel ob subtra-  
ctionem pignorum , antequam deveneriat ad pe-  
niteniam Cenituarum , moneatur serio Episcopus no-  
mine Sacrae Congregationis , ut infra terminum  
ab eadem praefigendum , vel cum effectu solvat ,  
vel si quid habet judicialiter opponendum , de-  
dudcat coram Auditori Camere , vel coram Sig-  
natura Justitiae , reportando rescriptum suspen-  
sivum : termino vero clatio , si solutio non se-  
quatur , definitur Vicarius Apostolicus , & OE-  
conomus Mensa Episcopalis , qui non amove-  
tur , donec fuerit integrè satisfactum , & suffi-  
cienter provitum , etiam pro terminis futuris .  
Congr. Episcop. apud Nicol. in Florent. verb. Pen-  
sio , num. 8.

1646. 22. Sept. — Vicarii Foranei residētē debent  
in eisdē locis , ubi constituti fuerint , vel in  
alio

371

372

373

## PRO VICARIIS.

115

alio non multām distanti . Congr. Episcop. in Tro-  
jana , apud Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. tit. 7.  
subsec. unic. num. 20. nō quod Locus debet esse .  
Oppidum numerosum à Civitate remotum , & ibi  
teneri debet Vicarius Foraneus secundum soli-  
tum , prout etiam haber Nicol. in Lucubrat. tom. 2.  
lib. 1. tit. 28. num. 25.

1646. 15. Dec. — Abbates , seu eorum Vicarii ,  
qui sunt intra Diocesis Ordinariorū , nō  
possunt facere edita Constitutionibus Synodalib-  
us earundem Diocecum adverstantia . Congregat.  
Concil. in una Eboraci Sepulchri , apud Paicucc. in  
Compend. ad Consultat. Canonici Jac. Pignateli. par. 1.  
tit. de Abate , pag. mibi 2.

1647. 17. Jan. — Si adsit Vicarius specialis Mo-  
nialium , erit inquirendum , an Renunciations  
que sunt à Novitiis ad formam cap. 16. sess. 25.  
de Regulari. stipulantur coram eodem : si hoc enim  
fieret , Renunciations essent nulla , & invalides ,  
quia verba Concili , ibi : cum licentia Episcopi ,  
seu ejus Vicarii , intelliguntur de Vicario Generali ,  
non autem de Vicario Foraneo , aut de  
Deputato ad regimen Monialium , ut respondit  
Congregat. Concil. in Piana , & antea in Pefulana  
1635. 4. Aug. apud Monac. in Formular. leg.  
pract. par. 2. tit. 16. form. 10. num. 20. ubi etiam  
nisi forte data effet in deputatione facultas suffi-  
cientis expressa , vel aequipollens , pura , si Vicá-  
rio Monialium detur potestas cognoscendi om-  
nes Canas etiam Civiles cum omnibus annexis ,  
& connexis , emergentibus , & dependentibus ,  
neonon faciendo omnia , que juxta formam Ca-  
nonum , & Sacri Concili Tridentini facienda  
sunt , tunc enim , cùm sit materia delegabilis ,  
Renunciations facta coram Vicario Monialium ,  
huiuscmodi facultas suffulta , effet valida , ex eadē .  
Congr. in Neapolitana 1651. 22. Apr.

1647. 9. Febr. — Vicarius Generalis , qui obti-  
nuit facultatem à Sede Apostolica faciendo om-  
nia

374

375

376

H 2 nes

116 CONST. ac DECIS.  
nes Benedictiones fieri solitas ab Episcopo, in  
quibus non adhibetur Oleum Sacrum, non po-  
test, absente Episcopo, benedicere Moniales ha-  
bentes requisitas qualitates in Consecratione, &  
velatione earundem, nisi suffragetur facultas in  
specie. Congregat. Concil. in Pisanâ ad cap. 17. s. f.  
27. de Regularib. apud Pascucc. in Compend. ad Con-  
sultat. Canonice. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Moniali-  
pag. mibi 70. ubi aut. quod hoc elicetur ex Gloss. in  
cap. Aqua 9. de consecr. Eccles. vel Altar. verb. Confe-  
crations.

1647. 27. Mar. — Quando pro Parochiis vacan-  
tibus non inveniuntur Presbyteri Seculares ido-  
nei, possunt ibi poni Regulares, non in titu-  
lum, seu Vicarium, sed ad nutum amoviles,  
vel tanquam O'Economi, & maximè ex iis, qui  
reformationem recipere nolunt. Congregat. Epi-  
scop. & antea in Cameracen. 1629. 9. Nov. & in  
Tortoren. 1583. 26. Apr. ac in Ferentina 1581. 8.  
Aug. apud Nicol. in Floscul. verb. Cura Anima-  
rum, num. 13.

1647. 19. Jun. — Vicarius Apostolicus tenetur re-  
sidere in Diocesi, ad quam regendam missus fuit:  
nec potest ab ea ad longum tempus discedere,  
& alium substituere abique prævia licentia Sa-  
crae Congregat. Episcop. in Spoleto, apud Pe-  
legrin. in Prax. Vicarior. par. 1. s. f. 6. num. 30.

1647. 13. Jul. — Famulus Vicarius Generalis  
gaudet privilegio Fori. Congregat. Immunit. in  
Ferentina, apud Pascucc. in Compend. ad Consul-  
tat. Caponic. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Immuni-  
tate Ecclesiastica, pag. mibi 399.

1647. 13. Sept. — Ecclesia Collegiatæ, quæ sunt  
Cathedrali subjectæ, cum nullam habeant juridic-  
tionem, Vicarium eligere non possunt, sed  
electio ipsius Sede vacante spectat ad Capitulum  
Cathedralis. Congregat. Episcop. apud Pellegrin.  
par. 1. s. f. 5. num. 4, ubi ramu quod potest huius-  
modi Collegiatæ Cathedrali subjecta eligere Vie-  
rium

## PRO VICARIIS.

117  
xiit Foranicum in illo loco, ubi est Collegiata, si  
sit talis coniunctudo, qui postea erit confirmandus à  
Vicario Capitulari Cathedralis, aliás non, ex ead.  
Congregat. in Brundusina 1605. 10. Jan. & ante  
1604. 16. Jan. prout etiam habet Nicol. in Lucubr.  
tom. 2. tit. 28. de Vicar. Capitul. numer. 18.

1647. 11. Ost. — Predicatorum deputatio non  
comprehenditur in facultatibus Vicarii, praiente  
Ordinari. Congregat. Episcop. in Beneventana,  
apud d. Nicol. in dd. Lucubrat. d. som. 2. lib. 1. tit. 31.  
num. 6. & refert etiam Pascucc. par. tit. de Concio-  
natoribus, pag. mibi 179.

1648. 4. Febr. — Renunciatio facta à Novitio co-  
ram Vicario Foraneo sine licentia Episcopi, non  
est valida. Congregat. Concil. in Sarzana, ad cap.  
16. s. f. 25. de Regularib. apud d. Pascucc. par. 2. tit.  
de Regularibus, pag. mibi 292.

1648. 16. Apr. — Religiosi Societatis Iesu nequa-  
quam possunt in Civitate Angelopolitana Perfor-  
narum secularium Confessiones audire sine appro-  
batione Episcopi Diocesani: nec Verbum Dei  
prædicare in Ecclesiis sui Ordinis non petita ipsius  
benedictione, nec in aliis Ecclesiis sine ejus licen-  
tia, nec in Ecclesiis iterum' iuri Ordinis ipso contradi-  
centice: & contravenientes ab Episcopo tan-  
quam Sedis Apostolicae Delegato coerceri, & pu-  
niri possunt, etiam Cenuris Ecclesiasticis, in vim  
Constitutionis Gregorii XV. incipientis in circa-  
bili, (quam habes in mea Collectione de Episco-  
pis, numer. margin. 780.) ac proinde memoratis  
Religiosis, qui huiusmodi approbationem, & li-  
cenciam se obtinuisse non docuerunt, potuit Epi-  
scopus, fidei ejus Generalis Vicarius præcipere sub  
pena Excommunicationis late sententia, ut a  
Confessionibus audiendis, & Verbi Dei prædica-  
tione abstinenter. Congregat. specialiter deputata su-  
per controversias verentibus inter Episcopum Angelo-  
rum in Indiis Occidentalibus, & Religiosos prefatos So-  
ciat. approbat. Innocentio X. 14. Maii ejusdem an-

H. 3. n. 1.

ni; apud Cherubin, in Bullar. tom. 4. *Conflit.* 29.  
qua incipit Cūm sicut accipimus, & resert etiam  
Matthiucc, in Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 24. nu-  
mer. 21.

1648. 15. Apt. — Conservatores dictæ Societatis  
Jesu possunt Vicarios Generales Episcoporum à  
manifestis injuriis, & violentiis compellere,  
etiam Cenfus, & poenit Ecclesiasticis, virtute  
Bulle Gregorii XII. incipientis *Aequum reputa-  
vnu*, data ultima Februario 1573. ut censuit *Con-  
gregat.* præsta, approbato eod. *Innoçen.* X. sub ead.  
die, apud ead. ibid.

1648. 2. Oft. — Non potest Episcopus assumere  
in Vicarium suum Nepotem, sive sit Filius Fra-  
tris, sive Sororis ipsius Episcopi. *Congregat.* plu-  
ries in Mileto. & antea in Ostuni. 1577. 19. Sept.  
E in Mureo. 1611. 4. Febr. ac in Trazen. 1623. 17.  
Jun. apud Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. in prin-  
cip. num. 6. ubi quod nego potest eligere Fratrem  
Doctorem; & multò minus, si non fit Doctor, ut  
pluries ead. *Congregat.* & signanter in Messanen. 1600.  
11. Jan. neque Patruelam, aut alium Consanguineum,  
ex ead. *Congregat.* in Tarentina 1611. 6. Apr.  
& in Arianen. 1636. nisi hoc concedatur ad aliquod  
tempus, propter bonas qualitates subjecti, vel propter  
penitiam aliorum idoneorum, ut concessit  
ead. *Congregat.* in Nullius Piscien. 1655. 1. Oft. pro-  
ut resert etiam Nicol. in *Lucubrat.* tom. 2. lib. 1. tit.  
18. de offic. Vicar. Gener. num. 4.

1648. 14. Nov. — Quoties Episcopus in Ecclesiis  
Parochialibus-Monasteriis unitis procedat ad ero-  
ctionem Vicaria perpetua juxta facultates sibi at-  
tributas à Tridentino cap. 7. Ieff. 7. & à Constitutio-  
ne Piana supra relata, & edita 1567. 1. Nov. tunc  
omnia onera incumbentia Parochiali Ecclesiæ cen-  
sentur translate in Vicarium, cui in futurum in-  
cumberent; non autem Monasterio, ut distam  
Pianam Bullam interpretante declaravit *Congre-  
gat.* *Council.* in Coimbricens, seu Lameçen. & antea se-  
pissime,

piissime, & præcisè in Averana 1607. 31. Maii, & in  
Vajsoni. 1637. 22. Aug. apud Monacel. in Formul.  
leg. præf. par. 2. tit. 5. form. 1. num. 33.

1648. 14. Nov. — Ut Clauſura Monialium ubi-  
que tuta reddatur, potest Episcopus illam visitare,  
etiam semota quacumque Superiorum Regula-  
rium negligentiæ, aut iuſpicione violations, il-  
lisque irrequisitæ, & inconſultæ, non solùm per  
ſeipsum, ſed etiam per fuum Vicarium Generalem  
ad hoc ſpeciale mandatum habentem: & in calu re-  
ſiſtentia, poterit contra renuentes, & contradic-  
tores ad penas etiam Cenfuraram procedere,  
prout declaravit *Congregat.* *Council.* in Neapolitana,  
& antea ſapientie, apud eund. ibid. form. 15. nu-  
mer. 18.

1649. 30. Jan. — Si Vicarius Generalis Apostoli-  
cus, per mortem Episcopi Sede vacante deputatus  
Vicarius Capitularis & Administrator Menſe E-  
piscopalis, hujs offici vigore Beneficia ſimplicia  
univerit alicui Ecclefia Parochiali pauperi ejudi-  
dem Diocesis cum clausula citra prejudicium obti-  
nentium, & dummodo Iuri Episcopali nibil derabatur,  
cui unioni Capitulum poſtea ſuum preſtititerit  
conſentium, hujumodi unio, necnon poſſicio per  
Parochum poſt mortem obtinentium de conſentiu-  
moderni Episcopici capta, non ſufficitur ex defectu  
potestat Vicarii, & defecitu conſentis in iplo  
actu unionis. *Congregat.* *Council.* in Lycien. ad cap. 5.  
ſess. 21. & cap. 13. ſeff. 3. de reform. apud Paicucc. in  
*Compend. ad Consultar. Canonice.* Jac. Pignateli. par. 1.  
tit. de Beneficiis. pag. mibi 37.

1649. 14. Maii. — Vicarius est fulpctus in Cau-  
fa Clerici, qui iuit percutius à famulo ipsius Vicar-  
ii quapropter Episcopus deputate debet alium  
Judicere non fulpctum. *Congregat.* *Episcopor.* &  
antea 1648. 2. Dec. 1647. 5. Jul. 1589. 4. Aug. jux-  
ta cap. Personas, de cefib. apud Nicol. in *Lucubrat.*  
tom. 1. lib. 4. tit. 6. num. 28. verf. Ampli II. ubi Si-  
cuti etiam in qualibet Caufa contra aliquem, cum

H 4 quo

## CONST. ac DECIS.

quo litigat, ex ead. Congregat. in Caffell. 1593. 23.

Jnn.

1649. 28. Jun. — Terminatur Vicarii Capitularis iurisdictio, cum mittitur Vicarius Apostolicus à Papa, vel à Sacra Congregatione Episcoporum, quod sit, si Ecclesia dñi vacaverit, ut censuit ead. Congregat. in Aleriana: præterim si adiunt inconveniences in administranda justitia, ead. Congregat. in Ugentina 1655. 17. Sept. cessat quoque dicti Vicarii iurisdictio, si removetur à Sacra Congregatione, vel vocetur ad Urbem pro iustificandis rebus, de quibus fuit inculpatus, ead. Congregat. in Monropolitana 1653. 2. Maii. ¶ antea spissimè, apud Pellegrin. in Præz. Vicarior. par. 1. sct. 4. subsc. 6. num. 9.

1649. 7. Jul. — Episcopus propter aeris intemperie residiens in aliqua parte sua Dioecesis, non tamen removere debet Vicarium, & Tribunal ad Civitatem, ut declaravit Congregat. Episcopor. apud Pasucc. par. 2. tit. de Reſidentia, pag. mibi 355.

1649. 7. Jul. — Vicarius Ecclesie Sancte Sylvestri ad exercendam Curiam Animarum deputatus, tenet diebus Dominicis, & Feltis Sacrificium pro Ovibus sibi commissis, absque eo quod possit recipere aliam elemosynam, seu pro aliis Sacrificiis applicare. Congregat. Episcopor. apud Nicol. in Florent. verb. Parochus, num. 34.

1649. 23. Jul. — Generaliter qui administrant periculum aliorum, non tenentur praestare cautionem, licet essent Vicarii Capitulares. Congregat. Concil. Et bis annua, scilicet 1648. 8. Jun. Et 1653. 21. Nov. apud cunct. in Luebrat. tom. 2. lib. 3. n. 36. num. 6.

1649. 11. Aug. — Ne admittant Regulares ad colebrandum in suis Ecclesiis Sacerdotes ieculares, nisi viis litteris testimonialibus subscriptis à Vicario Generali, seu Foraneo Episcopi Loci. Congregat. Inquisit. apud cunct. ibid. tit. 31. num. 15. & refert etiam Marchanæ. in Offic. Cor. Regular. tom. 1. cap. 13. num. 7. ¶ Hoc antea dixerat Congregat.

390

391

392

393

394

## PRO VICARIIS.

221

tio Concilii in Bononiæ. 1620. 2. Jul. apud Peyrin. de Privileg. Regular. scop. 2. circa Constitut. 7. Dñi V. §. 10. ad XII. pag. mibi 211. & habet etiam Lantica in Theatro Regular, verb. Declaratio.

1649. 8. Oct. — In remotione Vicarii debet haberis ratio honoris ipsius, & propterea magna cum circumspectione est facienda: nec sine gravi causa, a hiis reintegri potest per Sacram Congregationem Episcoporum, prout declaravit ead. Congregat. in Trabzon. Et antea in Spalat. 1601. 3. Jul. — Causæ autem justæ, pro quibus removeri potest, plures sunt, scilicet, si de eo audiatur multæ querelle, ead. Congregat. in d. Spalat. 1601. 5. Febr. quando non bene gubernat, nec certiorem facit Sacram Congregationem de causis magni momenti in defectu, vel absentia Episcopi, ead. Congregat. in Trani. 1603. 3. Dec. si scribat irreverenter ad Sacram Congregationem, ejusque s. DD. Officiale, ead. Congregat. in Reatina 1601. 3. Sept. Si aliquem Sancte Romane Ecclesie Cardinalem eà, quā decet, reverentia non tractet, ead. Congregat. in Savoien. 1655. 19. Nov. si caret circumspectione, & prudencia, licet in reliquis idoneis efficiat, ead. Congregat. in Placentina 1601. 11. Sept. si excommunicatus existat, ut resolvit ead. Congregat. in d. Placentina 1649. 18. Jun. si mandatis Sacra Congregationis obediens renuit, ead. Congregat. in Aculana 1649. 23. Apr. si denique Regularis fit, vel Religiosus, ead. Congregat. in Spalat. 1619. 12. Apr. Et in Hibrien. 1615. 16. Oct. prout habet Pellegrin. in Præz. Vicarior. par. 1. sct. 2. subsc. 6. num. 4. Et 5. ¶ Quoad Regulares vide quæ diximus..... quod etiam habet Pasucc. par. 2. tit. de Regularibus, pag. mibi 345. ubi quod Ludovicus de Ameno fuit Vicarius in Spiritualibus Alexandri Montecatini Episcopi Avenionensis, & Illuminatus Moronus fuit Vicarius Cardinalis Alderani Cybo Episcopi Jesini in Piceno, uterque præclaris qualitatibus notus, de Ordine s.

Ming.

## 122 CONST. ac DECIS.

Minorum strictroris Observantie S. Francisci, cum licentia Ministeri Generalis.

1650. 3. Sept. — Episcopus duarum Cathedralium unitarum, in casu absentia ab altera Cathedrali, tenetur in illa deputare Vicarium Generalem, idque pro submainstranda justitia subditus, praecipue à Dioecesis sit ampla, & maximè si hæc duo Dioeceses sim æquè principaliter unita, atque adeo quilibet conferuat sua Jura, & Privilegia, propriisque legibus regitur, eisque judicari debet à suis Judicibus. Congregat. Concil. in Vallen. & Salomon. apud Paleucc. in Compend. ad Consultat. Canon. Iac. Pignat. par. 1. tit. de Cathedralibus, pag. mibi 141. Et refert etiam Leuren. de Vicar. truct. 1. cap. 1. §. 1. queb. 3. 1. num. 2.

1650. 9. Nov. — Vicarius Capitularis non habet facultatem, quam tenet Episcopum in Casibus Bulle Gregorii XIV. & ideo non potest cognoscere super extractione à loco immuni, sed spectat ad Episcopum viciniorem. Congregat. Immunitas in Vercellen. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 6. form. 10. num. 14.

1651. 28. Mar. — Episcopi Congregationi de propaganda Fide subordinati non possunt exercere Pontificalia in aliis, praterquam in propriis Ecclesiis, etiam si esset de contentu Ordinariorum, sub pena suspensiorum ipso facto incurrienda, ac eidem Pontifici reservata, dummodo à praefata Congregatione non sunt in certo loco definiti Vicarii Apostolici, seu Administratores alicujus alterius Dioecesis. Innocentius X. apud Paleucc. in Compend. ad Consultat. Canon. Iac. Pignat. par. 2. tit. de Nunciis Apostolicis, pag. mibi 127.

1651. 23. Apr. — Licentia requista in donationibus, &c renunciationibus Novitiarum, & Vicariis per Episcopum concedi solita, sufficit, licet non appareat aequipollens concessa. Congregat. Concil. in Neapolitanâ ad cap. 16. sess. 25. de Regular. apud cund. d. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mibi 71.

396

397

399

1651.

## PRO VICARIIS.

123

1651. 23. Apr. — Donatio facta à Moniali suo Monasterio non est nulla ex pretextu, quod illam fecerit de sola licentia Vicarii Monialium, non autem Vicarii Generalis. Congregat. Concil. ad d. ep. apud cund. ibid. pag. 72.

1651. 7. Jun. — Parochus nec propter necessitatem potest habitare in Civitate extra suam Parochiam sitam in alia Civitate, vel Loco, ad docendam Grammaticam, etiam relîsto Vicario cum congrua portione, licet solemnibus diebus interfelle velit, nisi ex dispensatione Sacra Congregat. Episcop. in molent. Et antea in Faventina 1647. 5. Apr. apud Nicol. in Luebrat. tom. 2. lib. 3. tit. 4. nro. mer. 14.

400

1651. 14. Jun. — Locus Aula Episcopalis non est immutandus pro Capituli celebratione, sed quando agendum de interest privato ipsius Episcopi, ipse & eius Vicarius abstinentur ab interessentia in Capitulo. Congregat. Concil. in Turritana, apud Petram in Commentar. ad Consultat. Apostolic. tom. 1. Consultat. 1. Lewis I. sect. 2. num. 23. Et 58. pag. mibi 59.

402

1651. 2. Febr. — Quando Ecclesia est benedicta, non verò consecrata, potest Episcopus ad rebenedicendam eam pollutam delegare Vicarium Generalem. Congregat. Concil. in Placentina ad cap. 6. sess. 24. de reform. iuxta DD. cum Gloss. in cap. fin. verb. laveretur, de consecr. Eccles. apud Paleucc. in Compend. ad Consultat. Canon. Iac. Pignat. par. 1. tit. de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, pag. mibi 241. ubi quod idem dicendum de Cœmterio, quod non sit solemniter ab Episcopo benedictum, ex Congregat. Rit. in Hydrusina 1632. 15. Dec. & ratio est, quia non plus requiratur ad reconciliandum, quād ad benedicendum Ecclesiam: quare si simplex Sacerdos potest eam benedicere, poterit etiam reconciliare.

403

1651. 7. Jun. — Potest Vicarius Apostolicus, imo deber invigilare super manutentione introituum.

Men-

404

## 124 CONSTIT. ac DECIS.

Mense Episcopalis , cum ad ipsum hoc spectet .  
*Congregat. Episcoporum in Trans. non tamnam potest se intronitare in redditibus Menœ , nisi in quantum sibi debetur pro suis provisionibus , & intercessione , non in aliis . end. Congregat. in Lancianen . 1646. 17. Nov. apud Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. sect. 6. num. 9. & 10.*

1652. 14. Jun. — Quando Vicarius Generalis , vel alius Substitutus , qui non sit Episcopus , visitat , non potest exigere integrum taxam dari solitam Ordinario visitanti , sed tollere dimidiam , vel etiam minus ; nec residuum dari debet Episcopo , sed cedere in beneficium Visitatorum . *Congregat. Concil. in Neapolitana & anteas sapissimæ , us referat d. Nicol. d. tom. 2. lib. 3. tit. 39. num. 21. ver. Limitate IX. ex cap. si Episcopus 6. de offic. ord. in 6. & extr. vas electionis , de censib.*

1652. 23. Aug. — Ne Clerus ratione Visitationis duplicitibus gravetur expensis , non possint Episcopus , & Vicarius Apostolicus simul ducere secum pluquam quinque Personas . *Congregat. Episcoporum in Bisniianen . & anteas sapissimæ , apud eund. d. tom. 2. lib. 1. tit. 8. & refert etiam Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. sect. 6. num. 6.*

1652. 23. Aug. — Amoveatur ab officio Cancellerie Frater Vicarii . *Congregat. Episcoporum in Spoletona , apud Nicol. in Luebrat. tom. 2. lib. 1. tit. 37. de postul. num. 2. ubi quod Domesticus Judicis , vel Assessoris , qui & ipse Judge dicitur , maxime si sit electus ex necessitate in defectum Doctoratus Judicis , l. fin. C. de assessor. in fin. non potest esse Advocatus , vel Procurator coram eodem Judge , vel Assessore , sub poenis arbitrio , ut decrevit end. Congregat. in una Civitatis Ducalis 1586. 28. Off. ex l. Domesticus 4. C. de assessor.*

1653. 26. Mar. — Archidiaconus , qui officium Vicarii Episcopalis , sive Capitularis exercet , tenetur uti Capitularis , & de Menœ Capitulari participans , quando est electus , acceptare officium Pro-

405

406

407

408

## PRO VICARIIS. 125

Procuratoris , seu Oeconomici Capitularis pro exigendis livellis , elemosynis , aliquique redditibus ejusdem Menœ Capitularis , & assistere negotiis ejusdem Capituli , prout faciunt alii Capitulares electi . *Congregat. Concil. in Curzolen. apud Paluccu. par. 1. tit. de Dignitatibus , pag. mihi 211. ubi quod Officium Vicarii est voluntarium , Procuratoris vero , sive Oeconomici est debitum , cum sit de Capitulo , ac deinceps Menœ participet , ex cap. 12. eff. 2. q. de reformat. Evidenter ubi est emolumenntum , ibi debet esse onus : & qui lucrum amplectitur , onus subire tenetur , l. un. §. pro secundo , in fin. & ne autem , C. de caduc. tollen. sicuti est contrario ad quem spectat onus , debet expectare emolumenntum , l. manifestissimi , §. penult. in fin. C. de fuit.*

1653. 16. Maii. — Si Vicarius sit Apostolicus , ad ipsum solum , non ad Episcopum pertinet facere Concursum , sicut & Synodus , & declarare magis idoneum : quia Episcopus non habet , nisi administrationem Ordinis . *Congregat. Episcoporum in Bisniianen . & anteas in Lycien . 1653. 9. Jun. apud eund. d. par. 1. tit. de Conc. Paroch. pag. 154. & referrunt etiam Pellegrin. par. 1. sect. 6. num. 8. & Nicol. in Luebrat. tom. 2. lib. 1. tit. 28.*

1653. 25. Jun. — Attenta dispositione Tridentini cap. 3. eff. 2. q. de reform. non potest Episcopus delegare facultatem Vicarii Foranæ , sed tantum Vicariis Generalibus , concedendi litteras monitoriales pro rebus derelictis , seu subtractis . *Congregat. Concil. apud Paluccu. in Compend. ad Consultat. Canonici Jac. Pigniel. part. 2. tit. de Vicario , pag. mihi 412. ubi ait ex Fagnan. in cap. quenam , de offic. delegat. num. 43. quod anteas eadem Congregatio 1590. 8. Febr. declaravit , non licere Episcopo hanc facultatem alteri , quam Vicario Generali delegare , neque specialiter .*

1653. 15. Nov. — Episcopo per Sedem Apostolicam notoriæ suspeccio , possunt illius subditi cum litte-

409

410

411

letteris dimissorialibus Capituli Ecclesie Cathedralis validis Ordines recipere ab Episcopo viciniori, si tamen dictus Episcopus declaratus fuerit suspensus per declarationem, nam etiam si esset notiorius quatuor, vel quinque Personis non sufficeret. Congregat. Concil. in una Elandia ad cap. 10. feli. 7. de reform. apud eund. ibid. tit. de Ordine pag. mibi 170. Et resors etiam Petra in Commentari. ad Confess. Apostolic. tom. 1. Constitut. nunc. Alexандri II. fol. 3. num. 38. pag. mibi 309.

1653. die — Cuius suffraganeus, nihil possit contra Metropolitanum, eod quod inferior Superiorum solvere nequit, cap. ium inferior, de maior. Et obed. & cum in Patriarchas, & Archiepiscopos solus Summus Pontifex potestatem habeat, cap. fin. 22. 48. ideo a Sacra Immunitatis Congregatione fuit ordinatus accessus ad Urbem Episcopo Uritano ex eo solum capite, quod au sus fuerat sub praetextu Immunitatis Archiepiscopum Tarentinum excommunicare: & à Sacra Episcoporum Congregatione fuit acriter punitus Vicarius Episcopi, qui autus fuerat excommunicare Vicarium Archiepiscopi, sicut testatur Alphonse de Leon de Censur. recoll. 2. num. 301. quod & consumavit eadem Sacra Congregat. Immunit. apud Paucucc. part. 2. tit. de Suffraganeis, pag. mibi 407.

1654. 13. Jan. — ProCura Animarum Terra Alberona injungitur Priori Ordinis Hierosolymitanorum, ut & Vicarium perpetuum pro ea deparet, & congruum eidem sustentationem assignet: & si dictus Prior in facultibus habeat, ut Vicarius huiusmodi excommunicare posset, & interdicere, tandem studeat Sacerdotem ibidem ordinare, qui doctrina, & discretione idoneus prudenter scias uti huiusmodi jurisdictione. Congregat. Concil. in Universalium. pro Parochiali. S. Maria de dicta Terra Alberona, & confirmatum fuit 1663. 7. Jan. apud Paucucc. par. 1. tit. de Equitate, pag. mibi 274.

1654. 18. Apri. — Poenit. & multo pro delictis etiam

etiam gravibus ab Episcopo defuncto non exacte, vel ante obitum Locis piis non applicata, non polunt Sede vacante à Capitulo, seu illius Vicario Capitulari ad favorem Reorum reduci, seu minui, ut respondit Congregat. Concil. in Ripana; apud Monacel. in Formular. leg. praef. par. 2. tit. 16. form. 10. num. 14.

1654. 14. Dec. — Episcopus tenetur singulis annis visitare totam Diocesim: & si legitimè impeditus fuerit, per suum Vicarium Generalem, vel alium Visitatorum idoneum debet visitare, ita ut saltem toto biennio Visitatio abolvatur. Congregat. Concil. in Bojanen. apud eund. d. par. 2. tit. 13. form. 2. num. 5.

1654. 14. Dec. — Vicarius Capitularis visitando excederet exactiōem, si longam moram trahereret in locis visitatis, & ad extraneos actus se divertiret. Congregat. Concil. d. Bojanen. juxta Surd. de alii. tit. 3. quaf. 2. num. 8. & Pascerin. in cap. felicit. num. 5. apud eund. par. 3. tit. 2. form. 4. num. 3.

1654. 18. Dec. — Parvis Oppidis necessitati Patentiorum privilegio Fori gaudentium satis consultum videtur per eolum Vicarium Foranum, ac proinde nullus alius Officialis patentatus illis constituti debet. Congregat. Immunit. in Anagnina, apud Paucucc. in Compend. ad Confusat. Canonice. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Inimicitate Ecclesiastica, pag. mibi 442.

1655. 10. Maii. — Quomodocumque Vicarius Capitularis removetur à Sacra Congregatione, & mittatur aliquis alius ejus loco cum auctoritate Apostolica, nullo modo poterit Capitulum illum recusare, non obstante quod exceptions, aut causas aliquas habere pretendat, vel revera cum effectu habeat, sed huiusmodi Vicarium à Sacra Congregatione misum acceptare omnino tenetur, & interim exceptions, ac pretensiones, quas idem habere pretendit, Sacre Congregationi prononiat, & ab ea resolutionem spectet, neque ante ipsam,

## 318 CONST. ac DECIS.

- ipiam ad electionem alterius Vicarii devenire licet, quicunque praetextu non obstante. *Congregat. Episcoporum in Alerianen. apud Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. sect. 4. subsec. 6. num. 10.*
1655. 18. Jun. — Prohibitio, ut fiat collatio prima Tonfure abique licentia Sacra Episcoporum. *Congregationis, non cessat ex eo, quod Episcopus remittatur ad residentiam, amoto exinde Vicario Apostolico. Congregat. Episcoporum in Bifinianen. apud Palucc. par. 1. tit. de Immunitate Ecclesiastica, pag. mibi 431.*
1655. 27. Jul. — Jurisdictionis Ordinariis Locorum tanquam Sedis Apostolicae Delegatis attributa in Decreto *Ut in parvis* (de quo in mea Collectione de Episcopis, num. 121<sup>4</sup>) competit etiam Vicariis Generalibus Episcoporum, nec non Abbatis, & aliis inferioribus Prelatis proprium Territorium, ac Jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus. *Alexander VII. in Bullar. tom. 5. Confusat. 4. que incipit Posito Decreto, ad X. & referunt etiam Palucc. par. 2. tit. de Regularibus, pag. mibi 295, ac Matchaeuc. in Offic. Curr. Regular. tom. 2. cap. 24. num. 7, nec non Monacel. in Formular. leg. præl. in fine 1. par. pag. mibi 439.*
1655. 4. Sept. — Elapio anno à celebratione Synodi Dioecesanae, Concursus habiti, Sede vacante, per Vicarium Capitularem, Examinatoribus non adhibitis, non iunt validi. *Congregat. Concil. in Umbriaticen. ad cap. 18. sect. 24. de reform. apud Palucc. in Compend. ad Confusat. Canon. Iac. Pignat. par. 1. tit. de Concursu Paroch. pag. mibi 189.*
1655. 17. Sept. — Capitulum Sede vacante, non potest post electionem Vicarii aliquam jurisdictionem exercere, quia tota jurisdictione Episcopalis transfit ad Vicarium Capitularem post electionem, privativè quoad Capitulum, non cumulative. *Congregat. Episcoporum in Noriton. & ante in Hydronina 1. Orl. episd. anni, apud Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. sect. 4. subsec. 6. num. 36.*

1655.

## PRO VICARIIS.

1655. 2. Oct. — Si Vicarius Roma missus non habeat titulum Vicarii Apostolici, sed Vicarii Generalis Episcopi, debet intervenire tam in Concurru, quam in Synodo simul cum Episcopo, & procurare, ut omnia canonice fiant. *Congregat. Episcoporum in Narnian. apud Nicol. in Lachribar. tom. 2. lib. 1. tit. 28. & referit etiam Palucc. par. 2. de Concurru Paroch. pag. mibi 194.*

1655. 13. Nov. — Si nominatio, seu presentatio Vicarii pertinet ad Capitulum, sive Collegium Ecclesiasticum, vel ad Monasterium, amovibilitas spectet etiam ad illud, prout respondit *Congregat. Concil. in Ajculana apud Monacel. in Formular. leg. præl. par. 2. tit. 15. form. 1. num. 32. ubi quod potest etiam dictus Vicarius arbitrio Episcopi amoveri, quamvis sit Regularis, abique eo quod teneatur deducere causas remotionis, ex ead. Congregat. in Camerinen. 1627. 18. Sept.*

1656. 17. Mar. — Jus conferendi Vicarias vigore Indulsi si Legato competit, non censetur dicto Indulso per Constitutionem Pianam derogatum, tanquam regularem speciale mentionem. *Gamb. de potest. leg. lib. 9. num. 17. & lib. 8. tit. quid potest. Legatus circa Indulg. num. 13. & seqq. Mandol. super reg. Cancell. 17. qu. 7. num. 4. apud Rotam in Caval. licen. Parochialis coram Bichio, tom. 2. decif. 667. numer. 28.*

1656. 17. Mar. — Presentatio quod fuerit intra legitimum tempus, probari etiam potest ex enunciativa Vicarii. *Rota in Barchinuen. Beneficii coram Meltio, decif. recent. par. 12. decif. 148. num. 17.*

1656. 6. Apr. — Non constat de Cathedralitate Ecclie Montis S. Angeli, seu Gargani, ac proinde non est locus electioni Vicarii Capitularis à Capitulo Garganico, vacante Sede Episcopali Syponita; unde nullam distantiam electionem ab eodem Capitulo factam declaravit *Congregat. Concil. Opofex 1658. 8. Nov. apud Palucc. in Compend. ad*

I. Con-

425

426

425

426

427

## CONST. ac DECIS.

130 Consult. Canon. Iac. Ignat. par. 2. in de Vicario, pag. mibi 414. ubi tamen sit, quod hoc procedit, quando non adeit coniunctio immemorabilis; predicta enim declaratio loquitur in causa, in quo non adit hujusmodi confusudo.

1656. 21. Maii. — Non debet Capitulum in Vicarium eligere inquisitum ante abolitionem, contra dispositionem cap. Omnipotens Deus 4. de accusat, quia alias committeret Sacra Congregatio electionem alicui Episcopo viciniori, ut denou alium eligat idoneum de gremio Capituli ejusdem. Congregat. Episcoporum, in Montepelitanana Episcopo Gravina, apud Pellegrin, in Prax. Vicarior. part. 1. sect. q. subiect. 1. num. 15.

1656. 14. Jun. — Institutio ad Beneficium data à Vicario Capitulari Sede vacante, & non impugnata ab Episcopo illius concilio, cencitur ab eodem, confirmata. Rota in Segobricens. Canonizatus coram Priolo, decr. 44. num. 10. in confirmatione alterius. Decisionis edita 22. Mar. ejusdem anni in ead. Segobricens, coram eod. decr. 34. num. 12.

1656. 11. Aug. — Clerici Roma degentes, & ad minores, vel Sacros etiam Presbyteratus Ordines promoveri volentes, ne extra candem Vrbem, etiam vigore litterarum dimissorialium suorum, Ordinandorum, vel cuiusvis alterius facultatis, ad dictos Ordines promoveri se faciant, nisi praevio examini ab Examinatoribus in Vrbe deputatis, idonei reperti, & approbati fuerint, ac ab Eminenterissimo Vicario licentiam in ictipitis obtinuerint, ut patet ex Edicto relato à Nicol. in Floscul. verb. Examen, num. 2.

1657. 9. Apr. — Vicarii Cardinalium trium Ecclesiastium Patriarchalium Vrbis Archipresbyterorum debent esse Pralati graves, & probi, non debent tamen esse Canonici ejusdem, aut alterius Ecclesie, neque ad aliquam residentiam obligati, ac talidicitina, & pietate prædicti, ut Ecclesia Jura tueri & Cauias, ac Iudicia per scipios cognoscere, &

428

429

430

431

## PRO VICARIIS.

131

terminare valeant; singulique Capitulis, & Congregacionibus Capitularibus interfint, congruo per Archipresbyteros prædictos eidem constituto falario, quod non sit minus dimidia portione Archipresbyterali, per Camerarios, & Depositarium Capituli singulis mensibus, statutisque temporibus prædictis Vicarii integrè, & sine diminutione solvendo: onere tamen injuncto, ut Divinis Officiis diebus Falsis de pracepto, & aliis carundem Basilarum repectivè solemnioribus interesse, ac minus Praefecti in Choro exercere omnino teneantur: quod si prædictis diebus Officio Divino non interfuerint, punctetur portio eidem Vicarius, ut supra, assignata in duplum ejus, quo multatetur quilibet Canonicus, & multa interessentibus eo ipso accrescat. Alexander VII. in Bullar. tom. 5. Capitul. 33. que incipiit Pastoralis officii.

1657. 7. Aug. — Cancellarius Vicarii Foranei gaudere debet privilegio Fori, ut reliquit Congragat. Immunit. in Esono, & ante in Senegalibus. 1630. 19. Aug. & in Auximona 1636. 26. Aug. apud Monacel, in Formular. leg. præc. par. 1. tit. 1. form. 6. numer. 3.

1657. 20. Nov. — Nec Vicarius Capituli, nec Vicarius Episcopi, nec Apostolicus potest absolvere Reos cum reincidencia à Censuris incursis ex causa laesiorum Immunitatis, Iurisdictionis, & libertatis Ecclesiastice, seu fulminatis, sed pro abolitione debet recurriri ad Sedem Apostolicam, cui Casus hujusmodi relevatur, ut declaravit Congragat. Immunit. in Bitunina, & ante in Capuana 1632. ac in una Sancti Marii 1633. 13. Det. apud eund. d. par. 1. tit. 1. form. 2. num. 1. 9.

1658. 14. Febr. — Ne Episcopi, seu eorum Vicarii cogant Regulares ad solvendas sportulas, alia que subiret dilipenda pro executione Gratiarum, qua in dies à Sacra Congregatione conceduntur ipsi Regularibus circa alienationes Bonorum statibilium, aliquique contractus, Sanctitas Sua man-

432

433

434

I 2 dat,

## 132 CONST. ac DECIS.

- dat, et in quibuslibet commissionibus, que Ordinariis locorum, aliquoqueriam S. R. E. Cardinalibus diriguntur, apponatur clausula *Oratio: ac proinde ipsa commissionis absque ulla partium dispensando executioni demandandas constituit* Alexander VII. apud Nicol. in *Elogeul. verb. Gratia*, numer. ad XII.
1658. 16. Febr. — Vicaris Curatis secularibus perpetuis in Ecclesiis Regularium sufficit congrua lectorum nonaginta, libera ab omni onere. *Congregat. Concil. in Ferrarensi, apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignat. par. 2. tit. de Regularibus pag. mibi 23.*
1658. 16. Febr. — Si Vicarius perpetuus Ecclesiaz Parochialis Regularis noluerit per se concessionari, ius eligendi Predicatorem spectat ad Regulares, non vero ad Episcopum. *Congregat. Concil. in d. Ferrarensi, apud eund. ibid. ubi quod Curia habituallis in hujusmodi Ecclesiis reficit apud Regulares.*
1658. 31. Aug. — Vicario Capitulari Brundusino negatur licentia visitandi Dioecesum per alium, à Sacra Congregat. Concil. apud Nicol. in *Lucubratio- nibus tom. 2. lib. 3. tit. 39. n. 4.*
1659. 8. Febr. — Potest Episcopus Curam Animarum Capitulo Ecclesia Cathedralis incumbentem, alicui Canonicali Praebenda perpetuo unire, vel Vicariam perpetuam erigere. *Congregat. Concil. in Areina Cura Asinamarum, apud Pascucc. part. 2. tit. de Parochio, pag. mibi 201.*
1659. 24. Mar. — Quando congrua portio Vicario item assignata fuit, alia constituit, aut antiqua augeri non debet, Rebuff. in *trat. Congr. post num. 92.* quamvis exigua sit, dum Beneficium adeo tenuerit acceptavit. *Gloss. in cap. 121. quæst. 1. nisi tractu temporis fructus diminuti taliter sint, ut cum illis nec sibi, nec Ecclesia valeat providere, tunc enim non obstante acceptatione talis Congrua, non prohibetur Vicarius, quin saltum per viam restitutio- nis in integrum valeat assignatio-*

433

436

437

438

439

nem

## PRO VICARIIS.

nem impugnare, & congrua sufficientem petere, cum de totius ordinis Clericalis interesse agatur, ut d. Rebuff. d. trah. post qu. 12. num. 91. apud Rotam in *Pernfina Congrue coram Bevilacqua, decisi. recent. par. 13. decisi. 28. num. 2. & seqq.*

1659. 28. Apr. — Cardinalis Vicarius exerceat in Urbe Jurisdictionem quasi Episcopalem, & loco Ordinarii haberi debet, & in Constitutionibus loquentibus de Ordinariis censetur comprehensus, prout sensit Alexander VII. 1658. 28. Mar. apud Rotam in *Romanâ Hæreditatis coram Melctio, d. par. 13. decisi. 54. num. 16. & 17. juxta Vestr. in Prax. lib. 2. cap. 16. num. 1. Ridolphin. itid. in Prax. lib. 1. cap. 7. num. 75. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 25. num. 1. Sbroz. de Vicar. lib. 1. quæst. 13. num. 19.*

1659. 30. Maii. — Cum Vicarius Capitularis non possit exequi litteras Apostolicas Episcopo, vel Vicario Generali directas, unde Matrimonia in vim talis executionis contracta sint nulla, additum huic Decisioni Decretum Congregationis Episcoporum, quo censuit, ritè ordinatum extra tempora in vim dispensatio- nes Apostolicas obtenta Sede plena, & execute per Vicarium Capitularem Sede vacante. *Congregat. Episcop. apud Nicol. in Lucubratio- nibus tom. 2. lib. 1. tit. 28. de Vicar. Capit. num. 21.*

1659. 14. Nov. — Vicarius Capitularis non potest eligi ad certum tempus, putâ ad tres menies, sed eligendus est pro toto tempore vacationis Ecclesia. *Congregat. Concil. in Puteolana, & antea in Sutrina 1653. 14. Febr. apud Pascucc. in Compend. ad Consultat. Canon. Iac. Pignat. par. 2. tit. de Vicario, pag. mibi 411.*

1660. 11. Mar. — Deputatio Vicarii Generalis in Archidiaconatu, uti actus inter facultatis, nullum jus, nec possessionem litis consortibus acquirit. *Rot. in Tornosene, Jurisdictionis coram Taja, dec. recent. par. 13. decisi. 182. num. 4.*

1660. 5. Maii. — Potest Episcopus duarum Ecclesiærum in uno tantum Episcopatu Vicarium con-

440

443

442

443

I 3 Stige-

## 134 CONST. ac DECIS.

stiture, ad quem accedere tenentur Subdi utriusque  
Diocesis, ut ex Gratian. *discept. 655. num. 44.*  
*¶ seqq.* dixit Rota in Valven. *Praeminentiarum coram*  
*Taja. d. par. 13. decis. 215. num. 2. ubi numeris dictum*  
*fuit, quod multò magis poterit Episcopus tenere*  
*unum Vicarium ubi voluerit, quia in facultate il-*  
*lius est, an velit, vel nolit eum retinere, cùm non*  
*possit cogi ad retinendum Vicarium, ut prosequi-*  
*tur d. Gratian. loc. citat. num. 47. & hanc Decisi-*  
*nem refert etiam Monacel. in append. ad 2. par. *For-**  
**mular. leg. præf. decis. 1. num. 1.* ¶ 2. ubi & confir-*  
*matio in Decisione edita 1694. 18. Jun. coram cod.*

1660. 7. Maii. — Non licet quibuscumque Ordina-

riis, vel eorum Vicariis aliquid recipere à pra-

sentis Reis sub nomine viatici, five, ut vulgo ap-

pellant *Cavalcate*, pro Canis intra eorum Diocese-

es occurrentibus, etiamsi non vadant ipsi, sed il-

luc Delegatos, vel Commissarios transmittant: &

hoc neque pro Canis Civilibus, neque pro Crimi-

nalibus: qui tenentur facere propriis expensis si-

miles Processus attinentes ad eorum iurisdictionem

ordinariam. *Congregat. Episcoporum in Fano, 9. Anno*

*millii, 3. prout habetur apud Nicol. in Lutiberatum.*

*3. lib. 4. tit. 6. de Actionib. num. 244.*

1660. 21. Maii. — Actus coram Vicario gesti nullum inferunt prejudicium Episcopo ad acquiren-

dam contra eum iurisdictionem, quia ab Episcopo

non est commissum Vicario male agere. *Rota in*

*Toletana Jurisdictione coram Bevilaca, decis. recent.*

*par. 13. decis. 221. num. 25.*

1661. 4. Apr. — Delictitia Vicarii potest quilibet

Presbyter affilere Matrimonio, ut ex notatis per

Barbol. in *Collect. ad Concil. Trident.* *sess. 24. cap. 1. de*

*reform. Matrim.* dixit Rota in Avienonen. *Transfallo-*

*nus coram Priolo, decis. recent. par. 312. numer. 13.*

¶ Norandum, quod Vicarii Generales Episcoporum,

ratione Vicariatus, possunt & ipsi affilere

Matrimonios, ac eorum Episcopi, quorum sunt

Vicarii, & ita sussive declaratum à Sacra Congre-

gatio-

## PRO VICARIIS.

135

gatione testarunt Hurtad. *disput. 5. numer. 32. apud*

*Biflm in Hiering. tom. 2. l. 2. p. num. 37. §. 29.*

1661. 1. Iun. — Vicarius, qui sit Canonicus, non

potest ad proprium communum autorizare con-

tractum Capituli, ut ex pluribus citatis Doctoribus

firmavit Rota in Asturien. *Census coram Priolo,*

*decis. 1964. num. 15.*

1662. 27. Ian. — Ordinarius tanquam Delegatus

Apostolicus in vim Concilii Tridentini *sess. 24. de*

*reform. cap. 11. & per Constitutionem Gregorii XV.*

*§. idem*, potest etiam extra Visitacionem Vicarios, seu Capellanos amovibiles Sæculares, & Regulares administrantes Curam Animarum annexam Commenda Hierosolymitanæ, in iis, que

resipiciunt Animarum Curam, & Sacramentorum

administrationem, corrigere, punire, & coercere, ac aliter, ut opus fuerit, providere. *Rota in*

*Toletana Jurisdictione coram Bevilaca, §. non ob-*

*stat, apud Palucc. in Compedit. ad Consultat. Ca-*

*nonis. Jac. Pignateli. par. 1. tit. de Equitibus, pag.*

*mbi 272.*

1662. 19. Jun. — Vicaria si non subjacebat Con-

curreti, ita nec Capellania illius loco subrogata.

*Rota in Barbaren. Capellania coram Priolo, decis.*

*211. num. 6.*

1662. 7. Aug. — Quicunque in Urbe Roma ra-

tione Originis, vel Beneficii Ecclesiastici, aut Do-

miciili, vel cum Litteris Dimissoriis proprii Ordina-

narii, ad minores, vel Sacros Ordines promoveri

volente, per menem ante generales Ordinatio-

nes in dicta Urbe Vicarium Pontificium in Spir-

itualibus Generali aedant, & de ipsis mandato

ab Examinateoribus ad hoc deputatis, non paucioribus quam tribus, ac simul congregatis, super

scientia ad unumquemque Ordinem requisita sedu-

lo examinatur, & peracto examine, renuncien-

tur quotcumque ab his idonei judicati fuerint.

*Alexander VII. in Bullar. tom. 5. Constitut. 129. qua*

*incipit Apostolica, §. 1.*

I 4 1662.

## CONST. ac DECIS.

136

1662. 7. Aug. — Administores quidem Ordines prae-  
mовendi bonum à Parocho, & a Magistro Scho-  
le, in qua educantur, testimonium habeant, de  
quo publicum eidem Vicario exhibeant documen-  
tum: Pro iis verò, qui ad singulos maiores Ordini-  
nes eum afflumendi, idem Vicarius Parocho, aut  
alteri, cui magis expedire videbitur, committat,  
ut nominibus, ac defterio eorum, qui volent pro-  
moveri, publicè in Basilica Lateranenre, & in pro-  
pria cuiusque Parochiali Ecclesia propositis, de  
ipiorum Ordinandorum natalibus genere, estate,  
moribus, & vita, Ordinibus ante fuceptis, titu-  
lis ad quos promoti sunt, vel promoveri cupiant,  
et etiāque qualitatis requisitis juxta Sacrorum  
Canonum, & Concilii Tridentini dispositionem à  
fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoni-  
ales ipsam inquisitionem factam concinentes ad  
ipsum Vicarium quamprimum transmittat. Ale-  
xander VII. ibid. §.2.

1662. 7. Aug. — Quoties aliquem ex Sacris Ordini-  
bus principere voluerint, ad Sacerdotes in id de-  
putatos personaliter conferant, à quibus decem-  
latem dierum spatio ante Ordinationem in eorum  
Domō inclusi, de omnibus ad digniincipiendos  
& rite exercendos Ordines requisites erudiantur,  
& de hoc testimoniales eorum in Sacerdotum ad  
ipsum Vicarium deferant, nec sine hujusmodi lit-  
teris quicquam a nullum Sacrum Ordinem promo-  
veant, nec cum aliquo superexamine, & inclusione  
hujusmodi dipeciari possit, nisi confitulo Ro-  
mano Pontifice. Alexander VII. ibid. §.3.

1662. 7. Aug. — In iis denique Episcopatibus  
prope Urbem Romanam, in quibus non sunt Suffra-  
gani, quicunque ad minores, vel Sacros Ordini-  
nes volent promovere, cum litteris dimissoriis sui  
Ordinarii ad memoratum Vicarium, & non ad  
alium Antistitem directis, ad Vrbem accedant,  
ibique, & non alibi ordinentur, servata in omnibus  
forma iuperius praescripta. Alexander VII. ibid. §.4.

452

453

454

1662.

## PRO VICARIIS.

137

1662. 21. Dec. — Cūm aliis sit Praelatus, aliis  
ejus Vicarius, Praelatus non verò Vicarius fundat  
de Jure Communi intentionem suam super Deci-  
mis, ut inquit Cardin. Zabarelli. ad Clem. I. de Jure  
patron. num. 7. ver. 1. Item ibi. & ad Clem. I. de Decim.  
num. 15. &c ibid. Jo: Iml. nu. 7. apud Rotam in Bar-  
bafron. Decimorum coram Taja, decis. recent. par. 13.  
decis. 5. 20. num. 6.

1662. 21. Dec. — Decanus alicuius Collegiatae,  
quando est Vicarius, habet intentionem fundaram  
super perceptione Decimatum. Rosa in d. Barbaf-  
ron. coram codem, ibidem numer. 7.

1663. 19. Jan. — Vicarius nutu amovibilis ad Cu-  
ram exercendam in Ecclesia unita deputatus, ha-  
bet nudum exercitium, & nomen cum Jure Con-  
grue, Glossi, in Clem. smic. in verb. ad mensam, ver.  
ut videtur, de excess. Praefat. Gabr. cons. 190. num. 10.  
lib. 2. Lotter, de re benefic. lib. 1. qu. 33. num. 93. apud  
Rotam in Pamphilien. Jurum Parochialium coram Bo-  
vilaqua, decis. recent. par. 14. decis. 10. num. 2.

1663. 19. Jan. — Curia habitualis residet penes Su-  
periorem Ecclesie, cui altera unita fuit, & exer-  
citium illius penes Vicarium, ut probant Gonzal.  
ad reg. 8. Canceller. gloss. 5. §. 7. num. 128. Garz. de  
Benefic. par. 12. cap. 2. num. 55. Gratian. discept. fo-  
rent. cap. 892. num. 5. in fine, apud Rotam in d. Pam-  
philien. coram eod. ibid. num. 3.

1663. 19. Jan. — Liceit in Parochialibus seculari-  
bus, que uniuersit Monasterio, vel Dignitati,  
debeat deputari Vicarii perpetui seculares, qui  
Curam exercant, ad text. in cap. extirpanda, §. qui  
verò, de Brab. Gloss. in Clem. smic. verb. Parochialium,  
ubi DD. de offic. Vicar. Geminian. cons. 86. n.  
5. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 30. num. 10. dicta ta-  
men Jura procedunt in simplici unione, cuius vi-  
gore Superior Ecclesie, cui est facta, arctatur ad  
ministrare Curam in Ecclesia unita per Vicarium  
perpetuum fecus, quando pleno jure, & subjecti-  
us Parochialis fuit alteri unita, nam tunc tenetur  
qui

455

456

457

458

459

quidem Curam per Vicarium perpetuum exercere, sed ab exercitio illius valeat ad nutum removere, ut distinguit Glosa, in Clem. unie. §. quidam etiam in verb. ad mensam, vers. aut pleno iure, de excess. Praefat. Gonzal. Ios. Aloyi. Ricc. aliquis citatus à Rota in d. Pamphilomen. coram eod. ibid. numer. 4. & seqq.

1663. 19. Jan. — Vicarii perpetuitas in Ecclesia unita respicit Personam ipsius Vicarii, & in illo verificatur ratione exerciti, & orerum, que subire tenetur, non verò quod censatur translata omnis cura Parochialis, que hujusmodi perpetuitate Vicarii non obstante, non definit esse de mensa illius Ecclesie, cui facta est unitio. Gabr. cons. 190. num. 18. & 19. lib. 2. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 6. num. 30. apud Rotam in d. Pamphilomen. coram eod. ibid. num. 8.

1663. 19. Jan. — In Parochiali seculari unita Monasterio de Iure deputatur Vicarius amovibilis, cap. 1. de Capell. Monach. Sanchez in praecept. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 104. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 6. num. 31. apud Rotam in d. Pamphilomen. coram eod. ibid. num. 9. ubi num. seq. dictum fuit, quod Vicarius in seculari Ecclesia unita Regulari quod sit amovibilis, verificatur ex remotione secura alterius, & facta in secunda admissione mentione prioris, iuxta Cons. Oldrad. 229.

1663. 19. Ian. — Cum Concilium Tridentinum in sess. 1. cap. 7. de reform. injungat Ordinariis Locomorum visitationem Parochialium Ecclesiistarum Monasteriorum unitarum, & deputationem Vicariorum perpetuorum pro Cura Animarum, hoc tamen simpliciter, & absoluè non demandant, sed remittuntur eorumdem Ordinariorū arbitrio, si pro bono Ecclesiistarum regimine ipsiis expedire videbitur, ut notat Barboza ad d. Joe. Concil. num. 15. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 30. in fine, apud Rotam in d. Pamphilomen. coram eod. ibid. num. 14. & 15.

1663. 19. Ian. — Acta per Vicarium presumuntur gesta

gesta per nudum administratorem, Gabr. cons. 190. num. 10. ver. hoc agitur, lib. 2. sive Vicarius exercendo Iura Parochialia in Ecclesia seculari Monasterio unita, non prajudicat Monasterii Superiori, nisi conflict, ipsi etiam immotus, ad notata per DD. in cap. cum Ecclesia Sutrina, ubi Ripa num. 14. de causa possit. Et propriet. apud Rotam in d. Pamphilomen. coram eod. ibid. num. 16. & 17.

1663. 20. Apr. — Mittitur Vicarius Apostolicus, quando Episcopus est morosus in solvenda Pensio ne, Congregat. Episcoporum. in Avellien. itidem, si formandus sit Procelius contra Episcopum, prout ead. Congregat. in Anglonen. 1642. 17. Maii: itidem, si Episcopum vocatur, ut Romanum accedit, in pensionem quasi sua male vita, ead. Congregat. in Castronen. 1655. 2. Iunii: itidem, quando Episcopus non vult redire, prout ead. Congregat. in Casanen. 1619. 23. Mar. itidem, quando Episcopus non vult recipere Vicarium missum ab Urbe, vel impedit ei iurisdictionis exercitum, ead. Congregat. in Theanoy. 1614. 8. Nov. itidem, quando Ecclesia vacante per mortem violentam Episcopi, ead. Congregat. in Arianen. 1645. 8. Dec. itidem, quando Sede Episcopali vacante, Capitulum non concordavit in electione Vicarii Capitularis iuxta formam. Concilii, & sic plures adjunt Vicarii Capitulares a diversis de Capitulo factis, ead. Congregat. in Motulan. 1647. 8. Nov. itidem, quando Capitulum elegit Vicarium indectum, Sede vacante, & propter ejus imperitam multa infirmitum inconvenientia, ead. Congregat. in Triventina 1646. 2. Mar. itidem, quando Vicarius Capitularis vocatur ad Urbe pro sua justificatione, vel removendus sit pro legitima causa, ead. Congregat. in Monopoliana 1653. 2. Maii: itidem, quando Ecclesia diu vacavit, prout ead. Congregat. in Arianen. 1649. 28. Junii, praestitum, si Subditi in administratione iusticie aliquod inconveniens experiantur, ead. Congregat. in Ugeninen. 1655. 17. Sept. itidem, quando The fau-

## 148 CONST. ac DECIS.

fautorius generalis propter interesse Camera Apostolica ita censet expediens, ut mittatur Vicarius Apostolicus, *ead.* Congregat. in Alerianen. 1650. 10. Jun. itidem, quando Ordinarius negligit exequi Decreta Visitacionis Apostolicae, & admonitus in id invigilare non curat, *ead.* Congregat. in Scenen. 1650. 8. Maii, prout habent Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. sect. 5. num. 3, & Nicol. in Lubratis. tom. 2. lib. 1. n. 28. ¶ Vide infra 1664. 22. Nov.

1663. 14. Aug. — Canonici Cathedralis deputari non possum in Vicarios perpetuos Ecclesiastarum Parochialium ipsi Cathedrali unitarum: non potest enim Episcopus deputare Parochialibus Ecclesias eos, qui habent Beneficia, quibus assignatae sunt Distributiones quotidianae, quia sunt incompatibilis cum Parochialibus. Congregat. Concil. in Campaniam, apud Palcucc. in Compend. ad Consultat. Canonie. Inc. Pignat. par. 1. tit. de Capitulo, & Canonis. pag. mibi 122.

1664. 5. Mar. — Locorum Ordinarii, eorumque Vicarii generales Librorum prohibitorum Indicem noviter impressum, vulgandum, & observantum pro viribus curent, memoros, ut officii sibi commissi munus pertinere, ut Oves Domini Gregis tam à pabulis perniciose arceantur, quam salutaribus implentur, à quo si (quod ab sit) per malitiam, aut negligentiam essent, omnium maiorum, quæ exinde gravissima, & maxima oriri necesse est, districtam sibi apud severum Iudicem reddent rationem. Alexander VII. in Bullar. tom. 5. Confut. 150. nro incipit Speculatores.

1664. 30. Mar. — Archidiaconus est Vicarius Episcopi, licet non afflensus ab Episcopo, sed datum à Iure, habens perpetuum Vicarium, & Iurisdictionem ordinariam, cap. 1. de offic. Archid. Barbola ad cap. ad hoc, num. 50. ubi Fagnan. num. 9. 29. ¶ 32. & non solum est Vicarius, sed certa Dignitate potitur, Innoc. ad cap. 1. vers. ¶ etiam forte, apud Rotam

Rotam

## PRO VICARIIS. 141

*Rotam in Beneventana Jurisdictionis coram Taya,* decisi. recent. par. 14. decisi. 189. num. 18. ¶ 21. ubi num. 23. dictum fuit, quod ideo Archidiaconus dicitur Vicarius, quia quæ exercet Archidiaconus ad Episcopum pertinet, secundum Innoc. ad d. cap. 1. num. 1. vers. sed ideo.

1664. 6. Jun. — Nomina Rectoris, & Vicarii at synonima variantur, & promiscue ponuntur, Gloss. in Clement. 1. §. nonnulli quoque, verb. Rectoribus, apud Rotam in Senegallien. Parochialis coram Priolo, decisi. 252. num. 2. & postea in Cracovien. Unionis 1681 10. Jan. coram Urfino, decisi. recent. part. 12. tom. 2. decisi. 817. num. 11. ubi num. seq. dictum fuit, quod Cura Animarum æquè resideret penes Vicarium, Parochum, seu Rectorem.

1664. 6. Jun. — Declaratio Vicarii Episcopi in formati verisimiliter de qualitate Beneficiorum, plurimum attenditur. Rota in d. Senegallien. coram d. Priolo, decisi. 252. numer. 7.

1664. 22. Nov. — Mittitur Vicarius Apostolicus, si contra aliquem Episcopum adiungit querela, quod malè regat, & gubernet Ecclesiam. Congregat. Episcopor. in Vultuarien. ¶ antea in Saffaren. 1601. 6. Aug. itidem, si Episcopus sit torpidus, & committat extortiones, iniustè extorquentia à Subditis pecuniam, *ead.* Congregat. in Theanen. 1602. 15. Jan. maxime, quando per dictos Subditos periret ab *ead.* Congregat. in Trauen. 1602. 23. Jul. itidem quando Episcopus est senio confectus, ita ut propter gravem æatem impeditus, & serè prorius inhabilis reperitur, *ead.* Congregat. in una S. Agatha 1581. 7. Dec. itidem, si Episcopus est superius à jurisdictione, *ead.* Congregat. in Melphitanen. 1653. 2. Maii. itidem, quando Episcopus non expedivit Balles post multos annos postquam fuit provulus, & percepit fructus Episcopatus solum cum Brevi, *ead.* Congregat. in Offerten. 1645. 9. Septem. prout

## 143 CONST. ac DECIS.

prout refert Pellegrin. in Prax. Vicariar. par. 1.  
sej. 6. num. 3. & etiam habet Nicol. in Lucca-  
brat. tom. 2. lib. 1. sit. 28. ¶ Vide supra 1663.  
20. Apr.

1667. 11. Mar. — Jurispatronatus possestio non pro-  
batur ex supplicationibus factis à Populo, &  
communicante ad effectum habendi Vicarium  
ipsis gratium, & ideo hujusmodi preces nullum  
tribuunt jus coadiutum, & obligatorium, Fer-  
ret. cons. 33. num. 3. § 4. Rocc. de Jurepatron.  
verb. compotens, num. 60. Gonzal. ad reg. 8. gloss.  
18. num. 92. apud Rotam in Pamplonen. Jurium  
Parochialium coram Ottalora, decis. recens. par. 15.  
decis. 49. numer. 20.

1667. 11. Mar. — Si Vicario non solum sua Con-  
grui fuerit reservata, sed ulterius additum, quod  
Jura Episcopalia solvat, non inde excluditur to-  
talis unio Parochialis. Rota in d. Pamplonen. Ju-  
rium parochialium coram cod. ibid. numer. 23.

1667. 11. Mar. — Vicarius in Ecclesia unita in-  
stituti debet non solum ex verbis Unionis, ve-  
rum etiam ex Juris dispositione, juxta doctrinam  
Abbat. cap. cùm plantare, num 6. post medi-  
vers. ultimo casu, de Privilegiis. apud Rotam in d.  
Pamplonen. coram cod. ibid. num. 24.

1667. 11. Mar. — Episcopus non debet Vicarios  
amovibilis propriè instituire, sed tantum prae-  
vio examine super idoneitate approbate, ut tra-  
duant Flor. de Men. resol. 10. num. 26. Gatz. de  
Benef. part. 1. cap. 2. num. 93. ad med. Barbofa  
de Sur. Eccles. lib. 3. cap. 6. num. 63. ubi num. 48.  
aut. quod non debet tamen Episcopus eos appro-  
bare ad tempus, sed indefinitè, scilicet ut re-  
pectu ipsius gaudente possint Vicarii tota tempo-  
re vite sua: quod intelligi debet, ut sit per-  
petua Vicaria, si non revocetur: & si intel-  
ligendam collationem Beneficii manualis dicit  
alii relatis Lara de Annivers. § Capell. lib. 2.  
cap. 6. num. 8. apud Rotam in d. Pamplonen. co-

471

472

473

474

1668

## PRO VICARIIS. 143

ram eodem ibidem numer. 37. 38. § 39.  
1667. 11. Mar. — Si Episcopus voluerit mutare  
statum Vicarii amovibilis, illumine redire  
perpetuum, hoc non resultat ex verbis in illius  
institutione facta rato tempore vita tuae, prout  
tenet Rota in d. Pamplonen. statutum Parochialium  
coram cod. ibid. numer. 41.

1667. 11. Mar. — Vicarius in Unione facta ple-  
no iure etiam quoad spiritualia, debet esse ad  
nutum amovibilis, ut docuit Glos. in Clem.  
vers. ad mensam, in fin. de excess. Prelat. apud  
Rotam in Pamplonen. statutum Parochialium coram  
cod. ibid. numer. 42.

1667. 23. Mar. — Unio Parochialis Monasterio  
probatur ex enunciatis emissis ab Ordinario  
in actu approbationis Vicariorum. Rota in Pam-  
plonen. Vicaria coram Cerro Decano, decis. re-  
cent. part. 15. decis. 62. numeri 2.

1667. 23. Mar. — Praepati Monasteriorum, qui-  
bus Parochiales Ecclesie unitæ reperiuntur,  
possunt nominare Vicarios etiam Regulares ad  
nutum cum approbatione tamen Ordinarii. Rota  
in d. Pamplonen. Vicaria coram cod. ibid. numer. 6.

1667. 23. Mar. — Constitutiones Pii V. & Gre-  
gorii XIII. in materia Unionis, licet loquan-  
tur de Vicariis perpetuis, habent etiam locum in  
Vicariis amovibilibus. Rota in d. Pamplonen.  
Vicaria coram cod. ibid. numer. 7.

1667. 23. Mar. — Vicarius in Ecclesia Parochiali  
Regulari unita, potest ad libitum Abbatis  
amoviri, quoties Unio detegitur fusse plena-  
ria, quam talen esse desumitur ex signis, &  
conjecturis, si deficit instrumentum Unionis;  
quibus recurrit, quoties dubitatur, cuius na-  
tura sit, & quomodo fuerit facta Unio, juxta  
cons. Anchar. 114. num. 3. vers. tertio capitulo, & te-  
quitur Felin. in cap. translato, num. 6. vers. 6. & in  
dubio, § num. 7. Menoch. de presump. lib. 6.  
presumpt. 8. num. 6. apud Rotam in d. Pamplo-  
nen. coram cod. ibid. n. 9.

475

476

477

478

479

480

1667.

## CONST. ac DECIS.

- 144  
1667. 23. Mar. — Vicaria defumitur esse amovibile ex præstitatione Congræ facta per Abbatem ipsi Vicario : alia Vicarii dictam Congruam jure proprio perciperent , & residuum Monasterio assignarent , Modern. Pitt. Corrad. in Prax. beneſic. lib. 3. cap. 9. num. 17. apud Rotam in d. Pampilonen. coram eod. ibid. numer. 15. 481
1667. 23. Mar. — In Vicariis perpetuis Cura ratione tituli demandari solet Vicariis prævio iumento de non alienando Jura Ecclesiæ . Rota in d. Pampilonen. coram eod. ibid. num. 16. ibi numer. 17. distinſum fuit , quod ad dignolendum , an Vicaria sit perpetua , vel amovibilis , attenditur obſervari . 482
1667. 23. Mar. — Vicarii deputatio facta ab Episcopo etiam per viam adjudicationis , non probat Vicariam esse perpetuam , si verè , & reāliter illa sit amovibilis . Rota in d. Pampilonen. coram eod. ibid. numer. 19. 483
1667. 23. Mar. — Medium Annatum solvere tenetut solitum Vicarii perpetui , non autem amovibiles , etiamſi vacatio contingat in mense Octobrarii , ut explicat Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 4. num. 62. & seqq. apud Rotam in d. Pampilonen. coram eod. ibid. numer. 20. 484
1667. 23. Mar. — Ubi Vicaria est amovibilis pernecesse resulſat , Unionem esse plenariam tuli extinctivam , cum ex iſta , non ex alijs facta pleno jure resulſet amovibilitas . Rota in d. Pampilonen. coram eod. ibid. numer. 21. 485
1667. 23. Mar. — Amovibilitas Vicarii non excluditur ex eo , quod non docetur , eodem Vicarios niniquam fuisse amotos : amovere enim Vicarios amovibiles , vel illos non amovere , in meta facultate confitit , quæ non omittitur per non uitium , niſi ulterius concurrat prohibitus , & acquiescentia Rota in d. Pampilonen. coram eod. ibid. numer. 22. 486
1667. 23. Mar. — Vicarii Capitulares , Sede vacante , 487

## PRO VICARIIS.

- cante , non possunt visitare Parochiales Monasterio unitas , prout habet Rota in d. Pampilonen. Vicaria coram d. Cerro Decano , ibid. numer. 29. 488
1667. 23. Mar. — Vicaria status de amovibili ad perpetuam mutari minime potest . Rota in d. Pampilonen. Vicaria coram eodem. d. par. 15. decisi. 62. numer. 29. 489
1667. 2. Apr. — Prima Dignitas Cathedralis præcedit Vicario Capitulari , quia cum hic habeat auctoritatem , & jurisdictionem à Capitulo non debet precedere primam Dignitatem , in qua Capitulum repræsentatur . Congregat. Rit. in Fentonina , & avem in Jeronen. 1634. 9. Dec. & in Nullius 1638. 2. Iun. apud Monacel. in Formular. leg. præf. tom. 1. tit. 2. form. 4. num. 16. 490
1667. 1. Jul. — Episcopi , episque Vicarii idem est auditorium , & Vicarius penè dicitur idem Episcopus , cap. 2. de consuetud. in 6. apud Rotam in Anglonen. Archipresbyteratus coram Tiza , decisi. recent. part. 15. decisi. 117. numer. 4. 491
1667. 1. Jul. — Vicarius Episcopi non procedit ad privationem Clerici abicatis sine speciali mandato . Rota in d. Anglonen. coram eod. ibid. num. 13. ex cap. 2. de offic. Vicar. in 6. 492
1667. 19. Aug. — Pro electione in Vicarium Capitularem requiritur , quod gradus Doctoratus sit receptus à qualibet Universitate publica . Congregat. Episcop. & anteā iſem declaraverat Congregat. Concil. in Papien. 1657. 27. Jul. apud Paleucc. in Compend. ad Confutat. Canonico. la. Pignateli. par. 1. tit. de Dignitatibus , pag. uiri 211. 493
1667. 17. Sept. — Capellanus , seu Vicarius amovibilis administrans Curam Animarum Commendat. Hierosolymitanæ annexam , subiect Ordinatio , non ſolum quoad Animarum Curam , & Sacramentorum administrationem , verū etiam circa ea , quæ Curatus committeret cum fian-

K dalo ,

## 146 CONST. ac DECIS.

dalo, & hoc tam in Visitatione, quā extra;  
ideoque etiam in causis indifferentibus, Congre-  
gat, Concil. in Faverina apud cūnd. ibid. tit. de  
Equitibus, pag. mībi 273. ¶ Hoc tamen quoad  
secundam partem procedit, quādō non con-  
currant tria requisita necessaria pro exemptione,  
quod scilicet servitio Ecclesiæ, seu alterius  
loci Militum addictum sit: intra illorum Septa,  
& domos residat: & sub eorum obedientia vi-  
vat. In dicta igitur Faverina deficiens dicto Vicar-  
rio tertium requisitum: & unicus defectus ex di-  
ctis requisitis sufficit, ut non intret exemptione;  
Rota in Toletana Jurisdictionis 27. Jan. ejusd. anni

1667.

1667. 1. Okt. — Decrementum Tridentini cap. 17. s. f. 494  
25. de Regular. & Monial. disponens, Puellas Pro-  
fessionem emittere non posse, antequam carum vo-  
luntatem exploraverit Episcopus, vel eo absente,  
aut impedito, ejus Vicarius, non comprehendit  
viros, si in ingressu Religionis, antequam habi-  
tum suelipient, prætendatur à Parentibus, Con-  
sanguineis, vel Curatoribus non liberos, sed coa-  
ctos fuisse. Congregat, Concil. in una Exploratis,  
apud cūnd. par. 2. tit. de Regularibus, pag. mībi  
293.

1667. 16. Nov. — Vicarius Episcopi, licet idem  
habeat Tribunal cum Episcopo, non tandem ta-  
men retinet affectionem, vel commodum confide-  
ratum in Episcopo, ut probat Dec. in cap. 1. num.  
81. de judic. & bene ratioinatur Rinald, senior  
conf. 539. num. 4. & plur. segg. & ex eo Sperell, dec.  
93. num. 25. apud Rotam in Crotone. Consurvarum  
coram Carpino, dec. recent. part. 25. dec. 122.  
num. 28.

1667. 16. Nov. — Vicarius Episcopi judicare pro-  
hibetur in ea Cauia, in quā Episcopus judicare  
non permittitur, ut inuit Gloss. in cap. Officialis,  
ibid. Jo. And. & Abb. nōm. 2. & Imolen. num.  
10. & in specie, licet non fuerit recensatus, Cra-  
vett.

## PRO VICARIIS. 147

Vett. conf. 6. num. 33. Surd. cons. 50. num. 13. cum  
plur. segg. cum ceteris adductis per Gratian. dispe-  
ct. 809. num. 18. & plur. segg. apud Rotam in d. Cro-  
tonen. coram cod. ibid. num. 29.

1668. 30. Jan. — Compulsoria directa Vicario Ge-  
nerali ob Sedem vacantem in Dieceſi non exiſtentis,  
optimè expletur à Vicario Capitulari, quico  
caſu ſuccedit in locum Vicarii Generalis; & pro-  
cedit etiam uti delegatus in iis Caſis, quā Vicar-  
io Generali fuerant committit. Rota in Romana,  
ſeu Ulſionen. Pecuniaria coram Ottalora, decif. re-  
cent. par. 1. 5. decif. 170. num. 4.

1668. 6. Febr. — Præſentatio fieri debet coram Ordinario,  
velejus Vicario, qui debeat inſtituere Rota in Reginen, Benefici coram d. Ottalora, decif.  
recent. par. 1. 5. decif. 176. num. 12. ubi n. 16. dictum  
fuit, quod Præſentatio etiam facta in abſentia Ordinarii,  
vel ejus Vicarii, ſuffragatur, ſi ad illo-  
rum notitiam deuenit.

1668. 24. Mar. — Cura Animarum Ecclesiæ Cathe-  
dralis non per amovibilem Vicarium, ſed per cer-  
tum Rectorē regenda, & administranda eft, vel  
perpetua Vicaria erēcta, vel injuncto alicui Canonici-  
natui onere ipsius Cure. Congregat. Concil. in Sar-  
zana, ac in Pisanen, apud Paliucc. in Compend. ad  
Consultar. Canonie. Lat. Pignacel. par. 2. tit. de Paro-  
cho, pag. mībi 201.

1668. 11. Maii — Potest Episcopus approbare re-  
tractationem Unionis nulla à iho Vicario factam,  
Rota in Reginen, Parochialis coram Ottalora, decif.  
recent. par. 1. 5. decif. 244. num. 10.

1668. 27. Jun. — Vicarius Ordinarii, ſeu Abbatis  
non potest Beneficia de Jurepatronatus conferre,  
ſine illorum expreſſo mandato, Cardin. Manie.  
decif. 260. num. 7. & ſic multo minus ſine mandato  
expreſſo potest Jupatrontus approbare: & ideo  
non ſtandū ſententia canonizatoria Juriapatro-  
natus, non conſtitu de eo in actis, maximè ſi ema-  
naverit non citato Promotore Fisci, de cuius in-

497

498

499

500

501

## CONST. ac DECIS.

448  
tereficit agitum, Vivian. de Jurepatron. cap. 2. num. 2.  
lib. 11. apud Rotam in Firmano, seu Nullius Beneficii  
coram Bevilacqua, decis. recent. part. 15. decis. 331.  
num. 6. 7. & 8.

1668. 1. Dec. — Clericus, qui cum litteris dimissio-  
rialibus lui Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis  
ab aliquo Regulari Abbatte minores Ordines sus-  
cepit, fuit quidem valide promotus, sed non lici-  
te. Congregat. Consil. in una Sancti Marci susceptionis  
Ordinis, apud Pascucc. in Compedit. ad Consultat.  
Canonic. Inc. Pignat. par. 1. tit. de Immunitate Ec-  
clesiastica pag. mibi 427.

1669. 22. Ian. — Debet Vicarius Chorum frequen-  
tare. Congregat. Episcopor. in una Cajetana, apud  
Nicol. in Flocculus, verbo Vicarius in genere, nu-  
mer. 2. in fine.

1669. 11. Mar. — Presbyteratus probatur in Alma  
Urbe ex litteris patentibus Eminentissimi Cardi-  
nalis Vicarii. Rota in Elbore, Beneficij coram Cala-  
taju, decis. recent. par. 6. decis. 56. numer. 6.

1669. 23. Mar. — Stantibus Vicario, & Canoni-  
cis in Choro, non decet, quod Magistratus se-  
deat capite tecto coram Episcopo in Presbyterio.  
Congregat. Rota in Viterbiensi, apud Pascucc. par. 2. tit.  
de Ritibus, pag. mibi 360.

1669. 27. Mar. — Iudici, & Vicario attestantibus  
aliquem esse Notarium eorum Tribunal plena  
fides adhibetur. Rota in Regimen. Beneficij coram  
Ottalora, decis. recent. par. 16. dec. 398. num. 3.

1669. 27. Mar. — Præsentatio ad Beneficium pre-  
sumuntur præcettisse, si Vicarius ad petitionem  
Præsentati expedivit edicta: & probatus dicta  
Præsentatio ex enunciativa dicti Vicarii in insti-  
tutione emissa: Præsentatio vero acceptatio  
refulcat ex Decretis in illius executionem, à Vi-  
cario factis. Rota in d. Regimen, coram cod. ibidem  
num. 10. & seqq.

1669. 13. Maii. — Vicarius deputatus ab Abbate  
Ecclesie Parochialis principaliter unita, est mu-  
ndus

## PRO VICARIIS.

149

dus Minister, & ad nutum amovibilis, iuxta ma-  
gitralis distinctionem Gloss. in Clem. usit. verb.  
ad mensam, in fin. vers. aut pleno jure, de excesso  
Prælat. apud Rotam in Pampilonem. Iurium Parochia-  
lium coram Albergato Decano, decis. recent. par.  
16. dec. 93. num. 1.

1669. 13. Maii. — Vicarius constitutus ab Episco-  
po per viam collativa institutionis, dicitur esse  
perpetuus, ad text. in cap. unic. de Capell. Mo-  
nach. in 6. Vicarius autem constitutus ab Abbatte,  
etiam quod deinde ab Episcopo institutus, non  
tamen definit esse amovibilis, ut declarant Hoff-  
eni. in cap. literas, num. 2. vers. Et est verum, de  
suppl. neglig. Prælat. aliquie citati à Rota in d. Pam-  
pilonem, cor. cod. ibid. num. 6. & 7.

1669. 13. Maii. — Institutio, quæ fit ab Episcopo  
de Vicario nominato per Abbatem, dicitur accel-  
atoria, & temporalis, non autem perpetua: est  
enim auctorizabilis, & ideo non alterat nomina-  
tionem temporalem ejusdem Abbatis: impo-  
sibile namque est, Abbatem nominare Vicarium  
ad nutum amovibilem, Episcopum vero illum  
perpetuo instituere. Rota in d. Pampilonem, coram  
cod. ibid. num. 8. & 9.

1669. 13. Maii. — Abbas habens unionem cum ju-  
risdictione, deputat absolutè Vicarium, exclu-  
so in totum Episcopo: Abbas vero sine jurisdi-  
ctione nominat Vicarium auctorizabilis institu-  
tione Episcopi approbadum, ut pluribus citatis  
DD. firmavit Rota in d. Pampilonem, coram cod.  
ibid. numer. 11.

1669. 13. Maii. — Media Annata persolvenda est  
à Vicario perpetuo Ecclesiæ Parochialis, stante  
Constitutione Piana supra posita, & edita 1567.  
1. Nov. citata à Rota in d. Pampilonem, Iurium Paro-  
chialium coram cod. ibid. numer. 20.

1669. 17. Ian. — Merces, & lucra, provenientia  
ex mercaturis, & illicitis negotiationibus factis  
à Religiosis cuiuscunque Ordinis, etiam Secula-  
ris

K 3 ribus,

## 150 CONST. ac DECIS.

ribus, confignanda iunt locorum Ordinariis, seu eorum Vicariis in Spiritualibus Generalibus, aut Officialibus, vel Apostolicis Vicariis, seu Provinciaris, qui illa in iulus, & commodum Pauperum, Hospitalium, Seminariorum Ecclesiasticorum, ac Operariorum, & non in aliis iulus distribueret, & erogare debeant. *Clemens IX. in Bullar. tom. 5. Conf. 35. qua incipit Sollicitudo*, §. 3.

1669. 17. Jun. — Quibuslibet locorum Ordinariis, eorum Officialibus, Vicariis in Spiritualibus Generalibus, & Apostolicis, ac Capitularibus Vicariis ampla conceditur, & libera facultas in locis eorum cuiuslibet respectivae iurisdictionis publicandi huiusmodi litteras de mercaturis, & negotiacionibus ab Ecclesiasticis non exercendis, ad hoc ut illarum ignorantia allegari nequeat, & allegata minime iusfragari debeat. *Clemens IX. ibid. §. 8.*

1669. 17. Aug. — Confitio de signis poenitentia datis, & iustificata parte, Vicariis Generalis Excommunicatum mortuum absolvat in forma, ad tenorem cap. 1. de sent. excomm., & concedat Sepulturam Ecclesiasticam. *Sacra Congregat. in Tarentina, apud Palucc. in Compend. ad Confutat. Canon. Iac. Pignat. par. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis*, pag. mibi 147, ubi quod excommunicatus mortuus potest absolviri in forma Iudicii, ex ead. Congregat. in Hieracen. 1655. 23. Sept. circa verò abolitionem demortui excommunicati, servanda est dispositio cap. fin. de sep. juxta ejusdem Congregationis Decisionem in Mediolanen. 1637. 13. Febr.

1670. 21. Jun. — Regulares ad Sæcularium Confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & abique ultra temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, facies autem ab ejus Vicario, aut ab antecessoribus Episcopis approbati, non possunt ab eodem, qui sive approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendas suspendi, seu licen-

## 151 PRO VICARIIS.

lentizie illis concessa revocari, nisi nova superveniente causa, que iphas Confessiones concernat. *Clemens X. in Bullar. tom. 5. Conf. 7. qua incipit Superba*, §. 5. & referunt etiam Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 1. 5. num. 5. ac Monacel. in Formular. leg. præc. par. 1. in fine pag. mibi 448.

1670. 23. Jun. — Præsentationem ad Beneficium de Iurepatronatus præcessisse, manifestè deducitur ex illius acto registrato in actis Curia Episcopalis cum ejus successiva acceptatione, & admissoine per Vicarium facta. *Rota in Rhigenen. Beneficii coram Emerix, decisi. recent. part. 16. decisi. 285. numer. 1.*

1670. 27. Jun. — Probatio deputationis Vicarii ultra centum annos facienda per testes, dicitur penitus improbabilis: testes enim super huiusmodi deputatione Vicarii deponere solùm possunt de auditu, & sic faciunt foliam probationem præsumptivam, non verò plenam. *Rota in Toletana Jurispatronatus coram Calataju*, d. par. 16. decisi. 299. nn. 3. &c. 4.

1670. 4. Jul. — Concursus non facti negativa probatur ex arteficatione Vicarii Generalis, & Examinatorum Synodalium, quibus plenè creditur, quia non præsumuntur ignorasse, utrum habitus fuerit Concursus, vel ne, cum Examene ad formam Concilii sub pena nullitatis peragi debeat coram ipsis Examinatoribus Synodalibus, ut explicat Corrad. in Prax. benefic. lib. 3. cap. 4. num. 26. cap. 8. num. 7. & 9. apud Rotam in Leodien. Parochialis. coram Bevilaguia, decisi. recent. par. 16. decisi. 317. num. 5. & 6.

1670. 11. Sept. — Possunt Superiores Regulares in Ecclesiis Grangiarum Curam Animarum habentibus nominare Vicarios, & illos ad nutum amovere, si Ordinarius loci ab initio illos deputaverit amovibiles. *Congregat. Episcop. & Regular. apud Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 24. num. 6. ad IV.*

1670. 8. Oct. — Superioribus Regularibus mini-

K 4 me

517

518

519

520

521

## 152 CONST. ac DECIS.

mē fīs est cū Vicariis Curatis secularibus perpetuis jam deputatis, seu deinceps deputandis publicas, aut lecūras pāctioñes, seu conventiones mīre super diminutione, avarialteratione, seu variatione Congruæ, & hujusmodi pāctioñes, seu conventiones, tanquam de simoniacā labē, atque avaritiae supēcta rejeciuntur, atque interdicuntur, & qui contrafacerint, poenit adversus simoniacos editis tenentur, quibuleunque non obstantibus. Congregat. Episcopor. apud Paleucc. in Compend. ad Consultat. Canonie. Iac. Pignat. par. 2. tit. de Regulāribus, pag. mihi 293.

1671. 12. Jan. — Declarationi Vīcarii circa statum Parochialium, & interpretationem Synodi ab ipso celebrate, venit admodum deferendum. Rota in una S. Severini Decimarmo coram Priolo, decisi. 33. 4. num. 22.

1671. 19. Jun. — In electionibus Abbatissarum in Monasteriis Regularibus subjectis, adnotatio Suffragiorum non pertinet ad Episcopum, neque ad eius Vicarium, neque ad Cancellarium. Congreg. Episcopor. apud Matthaeucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 1. num. 17.

1671. 19. Jun. — Loco Archipresbyteri Ruralis, de quo loquitur text. in cap. fin. de offic. Archipres. successi Vicaris Foraneis, quod etiam in præservari referunt DD. apud Rotam in Parmen. Parochialis coram Rondinimo, decisi. recent. par. 17. decisi. 195. num. 19. ¶ Notandum, quod Archipresbyter, ubi solam habeat Curam actualē, reputatur simplex Vicarius, prout habet Piton. discept. Ecclesiast. par. 2. discept. 45. num. 5. ex Pignatello, tom. 2. consult. 169. num. 10.

1671. 22. Iul. — Dismembratio facta ob imperium inter trium milliarium, quibus Incolez à Parochialibz Ecclesia distabant, ita ut ex difficillimo accessu evidente veriatur Animarum periculum, ne fine Sacramentis defaderent, reputatur justissima causa ad hoc, ut Vicarius deputetur, quidictus Incolis.

## PRO VICARIIS. 153

Sacramenta ministrant, Cura habituali penes Ecclesiam Matricem permanente, ut est textus expressus in cap. ad audiētiam 3. ubi DD. & signanter Abbas, num. 6. de Eccles. adiſt. innovatus à Concilio Tridentino sol. 1. de reform. cap. 4. ubi Barbolani num. 7. & 17. aliisque citati à Rota in Majoricen. Dismembraitioñis coram Rondinimo, decisi. recent. par. 17. decisi. 204. num. 1.

1671. 1. Iul. — Rectoris accessum, & assensum, in dismembratione Ecclesie, ejusque deputatione Vicarii licet jura requirant, cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. & cap. ad audiētiam, de Eccles. adiſt. id tamen procedit ad effectum, ut Rector sit vocandus, ad hoc ut Iustitia facienda dismembrationis dignoscet queat, quæ si supersabundet, ipso quantumvis irrationaliter reluctante, dismembratio futuratur, ut explicat text. in d. cap. ad audiētiam, vers. si vero persona, & habetur in Tridentino d. cap. 4. sol. 1. de reform. ibi: etiam invitis Rectoriis: ut prosequitur Rota in d. Majoricen, coram cod. ibid. num. 23. & 4.

1671. 1. Iul. — In dismembratione Ecclesie Parochialis Congrata relinquenda est Rectori, qui per solvit mercedem Vicario pro subministratioñi Sacramentorum deputato, vel deputando, cùm Populus, & Incolas non nisi in subfdium teneantur solvere mercedem Rectoris deputati, ad clara verba Synodi Tridentine sol. 21. de reform. cap. 4. & notant Gloff. & DD. in cap. ad audiētiam, aliisque citati à Rota in d. Majoricen, coram cod. ibid. num. 5. & 6.

1671. 12. Mar. — Index Appellationum, qui est Vicarius Papæ in Regno Sardinie, nihil debet innovare quoad familiam armatam pro servitio Curie. Congregat. Concil. in Turritana Jurisdictionis, apud Paleucc. in Compend. ad Consultat. Canonie. Iac. Pignat. par. 1. tit. de Appellationibus, pag. mihi 23. & 24.

1671. 1. Apr. — Facultas Vicarii ex lapsu longi temp.

## CONST. ac DECIS.

154. temporis praesumitur, quotiescumque non adest praeciducium Ecclesie. *Rota in Cremonen. Infras- transvers coram Calataju, decisi. recent. par. 19. tom. 1. decisi. 354. num. 31.*
1672. 17. Maii. — Censura latæ à Vicario Capitulari contra Delegatum Apostolicum Appellationum Regni Sardinie, Subdelegatum, Officiales, & Ministros ipsius, Delegati non substinentur. *Congregat. Cœcil. in Turritana Censuravum, apud Palaucc. par. 1. sit. de Appellationibus, pag. mibi 23. ¶ 24.*
1672. 26. Nov. — Vicarius perpetuus Ecclesie S. Baudilii in Civitate Barchinonensi ipse habet omnes redditus, de quibus certam partem Archidiacono præstare tenetur: Archidiaconus autem potest univera bona Ecclesie assignare Vicario, & sibi solam retinere portionem, vel congruum: Vicarius verò, si simplex administrator est, non potest ipse retinere omnia bona Ecclesie, & quid annum suppeditare Archidiacono, vel Parochio. *Rota in Barchinon. Congr. coram Taja, decisi. recent. par. 19. tom. 1. dec. 364. num. 2. 8. ¶ 14.*
1672. 12. Dec. — Subscriptio sententie privationis Canonici facta per Episcopum non sanat defectum jurisdictionis, sine qua Vicarius fecerat totum Processum: Vicarius enim abique speciali facultate non potest inquirere de excessibus dantibus causam privationis Beneficii. *Rota in Vefana Canonicus coram Priolo, decisi. 411. num. 10. ¶ 11. & ante in ead. 20. tom. ejusd. anni coram eod. decisi. 395. num. 2. ubi textus literalis in cap. 2. de offic. Vicar. in 6.*
1673. 16. Ian. — Consuetudo adversus Concilium, & Decreta Eminentissimi Vicarii Urbis non attenditur, Fagnan. in cap. 2. quis, num. 65. de for. compet. apud Rotam i. Romana Testamenti coram Bourlomont, decisi. recent. part. 18. tom. 1. decisi. 10. num. 16.
1673. 20. Febr. — Abbas, ut dicatur verè Paro- chus,
- 530
- 531
- 532
- 533
- 534
- 535
- 536
- 537

## PRO VICARIIS. 155

ebus, ultra exactionem Decimatum, cætera quoque emolumenta Parochialia percipere debet, assignata soli congrua Vicario, juxta doctrinam Abb. in cap. expostisi, in fin. de Prab. & Zabarel, in Clem. I. num. 10. de offic. Vicar. apud Rotam in Leodien. Parochialis coram Calataju, decisi. recent. par. 18. tom. 1. decisi. 32. num. 15.

1673. 17. Apr. — Vicarius Ecclesie facta commutatione jurum pro evitandis discordiis, certam portionem Archidiacono præstare tenetur, & reliquos fructus retinet penes se. *Rota in Bonenien. Congr. coram Taja, decisi. recent. par. 18. tom. 1. dec. 81. num. 1. ubi tamem num. 3. dictum fuit, quod dominum Ecclesie unitæ cum omnibus iuribus, & pertinentiis, relevata sola Congrua Vicario, remonet penes Archidiaconom.*

1673. 17. Apr. — Ecclesie unitæ deputatur Vicarius prætentandus, & instituendus per resignationem, vel per obitum, juxta continuationem rubricæ de offic. Vicarii, præcedentibus aliis, & principiis de offic. Archidiaconi, vijto de iis, qui serviant Ecclesie nomine proprio, videndum est de iis, qui servient nomine alieno, inquit Glosi. Abb. & alii ad d. rubric. de offic. Vicar. apud Rotam in d. Rotovian. coram eod. ibid. num. 6. ¶ 7. ubi num. 8. ¶ seqq. dictum fuit, quod iste Vicarius etiam perpetuus non debet habere omnes fructus Ecclesie, sed tantum congruentem portionem, & appellatur Vicarius, & non Rector, ex §. qui vers. 2. cap. extirpando consuetudinis 30. de Prab. & habet jus limitatum ad solam Congruam, ad text. alleg. cum Merlino, decisi. 817. num. 2. & proinde non possidet nomine proprio, sed ejus, a quo deputatur, Barboi de Canonic. & Dignitatib. cap. 6. num. 30. Vital. ad Clem. anic. de offic. Vicar. num. 22. ¶ 23. ubi etiam Vicarius portionarius, ad cap. 3. de offic. Vic.

1673. 17. Apr. — Archidiaconus, qui Congruam Vicario præstare tenetur, potest quid certum sibi quotannis præstandum retinere, & fructus universi

los